iurat venerat aut diligit eū p quē iurat: sz assuefactio vtriusqz act. s. venerādi z diligēdi ē bona ergo cē. Ad ꝓtrariū arguit: q̄ nulla iurato sit bona Matth. v. dic saluator. Ego aūt dico vobis nō iurare oino cē Ad hoc dicēdū: q̄ aliq̄d est bonū fm se: qđ tñ est nociuū: eo q̄ qs vtit eo male. Sic sumere eucharistiā bonū est: tñ q̄ sumit indigne iudiciū sibi mā ducat z bibit. j. cor. xj sic ē in ꝓposito. Juramētū eni fm se ē licitū z honestū: qđ patz ex ei origine. Nā ex h itroductū ē q̄ homines credūt deū habere infallibilē veritatē z oim certā cognitiōnē z ꝓuidentiā: sitr patz ex fine. Ad h eni iuramētū inducit: q̄ lites z ꝓtrouersie inter

fer a me ventr ꝓcupiscētias z ꝓcubit ꝓcupiscētie ne ap ꝓbendāt me. Et aie irreuerenti et infrunite ne tradas me. Doctrinā oīs audite filij: et qui custodierit illam nō periet labijs suis: nec scādaliçabit i opib neqssimis. Jn vanitate sua appzehendit pctōr: et supbus et maledict scandaliçabit in illis. Jurationi nō assuescat os tuū: multi eni cas i illa Nomiatio vo dei nō sit assidua i ore tuo: et nomibus sactoz nō admiscearis: quonia nō eris imunis ab eis. Sic eni seru iterrogat assidue: a liuore nō minuit: sic ois iuras et noians: i toto a pctō ñ purgabit. Vir mul-

bomies termient: vt dr hebr. vj. Oīs ꝓtrouersie coz. s. hominū finis ad ꝓfirmatōez ē iuramtū. Cedit tñ ad malū illq̄ eo idebite vtit. s. qñ sine necessitate z cautela debita h facit: videt tñ puā reuerētiā hīe ad deū: q̄ ipm i leui aut nulla rōnabili cā vocat i testē: qđ fieri nō debz etiā ō aliquo viro honesto: eo q̄ videt in hoc ei irreuerētia: hoc aūt fit i assuefactiōe iuramēti ergo cē. Itē qz p assuefactionē iuramēti iminet piculū piurij: naz hō de facili deliquit i vbo: eo q̄ lingua sita ē in lubrico: iurare tñ ad declarationē veritatis occulte ne pereat iusticia: bonū est z sanctū: sic sumē medicinā i casu necessitat bonū ē: qđ tñ extra casū illū nō expedit Per dcā patet argumēta: nā assuefactio magi cedit i irreuerētiā nomis dei rōnib dictis: z sic pz ꝑmū. Ad secūdū dicē dū: q̄ hiero loquit i casu in q̄ cū cautela z reuerētia debita iurat. Ad vltū dñi: Matth. v. dicēdū: q̄ nō oīe: z qđam nō: equipollēt. Per hoc aūt qđ dr: Ego aūt dico vobis nō iurare oino: nō ꝓhibet oīe iuramētū: sz iuramētū carens necessitate z cautela debita rōnib pdictis. d Juratiōi. Hic ꝓñter pōit suā monitiōz. o. Jurationi cē. et pz ex dictis sentētia. e Nomiatio vo dei nō sit assidua i ore tuo. s. ad iurādū: vt pdictū ē: debet tñ eē frequēs i ore ad depcandū z pdicandū. f Et nomib sanctoz nō admiscearis. iurando frequēter in ipis. g Q̄m non eris imunis ab eis. i. ab offensa coz. h Sicut eni seru interrogat assidue. i. questionatus p flagella. i A liuore nō minuitur. i. non carebit liuore cutis ꝓpter flagellatiōz corpis sui. k Sic omnis iurās. p deū. l Et nomias. i. iurās p nomia sanctoz: z hoc assidue. m Jn toto a peccato nō purgabit. quia per talem consuetudinem malam in iuramentuz illicitum labitur: ideo subditur: n Vir multum iurans repletur iniquitate: nam ex hoc incurrit periuriū per iura-

mentū falsū:qō est ꝓtra veritatē: ⁊ iuramentū iniquū: qō est ꝓtra iustitiā. Et nō discedet a domo illi⁹ plaga. i. divina vindicta saltē in futuro: ⁊ etiā aliqñ in pñti grauiter puniunt ꝑ notorio homicidio. p Et si frustrauerit fratrē. ex priorio sibi damnū inferēdo. q Delictū ipi⁹ sup ipm erit. qz tenet ad restituendū: ⁊ debet ad hoc cogi: si ꝓbatus fuerit ꝓtra eum. r Et si dissimulauerit. tacendo vitatē: ꝑ cui declaratiōe adducit i testez iurans se nescire. s Deliquet dupliciter. scz ꝓtra se falsū iurando ⁊ ꝑ ꝓximū dānificādo retinentē alienū i pscia: ⁊ alīū in bursa scz illū cui⁹ pecunia retinet. t Et si i vacuū iurauerit. iurando sine causa: vl ex leui causa. v Nō iustificabit. Nā in hoc irreuerēter vtit iuramēto: vt dictū est supra. x Replebit eni ⁊tributiōe pessima. i. pena debita: y Dom⁹ illi⁹. Nā filij aliqñ puniūt pena tpali ꝑ parentibus: ⁊ maxie qñ sūt imitatores delicti patꝝ: frequēter eni hoc fit: nam filius audiēs patrē frequēter vane iurantē: ex hoc accipit modū ꝓsilez: z Est et alia. Hic ꝓñter detestat quedā alia peccata locutiōis Et ꝑmo pctm̄ blasphemie: cū dicit: Est et alia loqla ꝓria. s. ꝓcedēti. Nā in iuramēto invocat dē vt testis infallibilis veritatis. In blasphemia vo sibi magis ponit crimē falsitatis a In mortē. blasphemia eni meret mortē gehēne: ⁊ etiaz mortē nature. Nam blasphem⁹ i lege ꝓcipit lapidari: leui. xxiiij. Aliq̄ libri habēt Morti: ⁊ ꝓbitelligit obligata: et sic est eadē sentētia. b Nō iueniat i hereditate iacob. quia sic dictū ē blasphem⁹ ꝓcipit auferri de hereditate iacob per mortē. c Eteni a misericordib⁹ hec oia auferent. s. falsa ⁊ idiscreta iuratio ⁊ blasphemia. d Et i delictis nō voluptabūt. i. nō delectabūt: scz magis i opib⁹ vtuosis. Signū eni habit⁹ generati ē delectatio in ope. ij. etb. Cōsequēter detestat peccatū locutiōis irreuerētis di. e Indisciplinose loqle. q̄ ē ꝑpe loqla irreuerētie. f Nō assuescat os tuū. nā act⁹ talis ē malus: ⁊ ꝓsuetudo peior. Et qñ parētib⁹ maxie debet reuerētia: ⁊ p pñs irreuerētia ad ipos ē pessima: subdit: g Memēto piis ⁊ mīis tue. exhibēdo eis debitā reuerētiā: ⁊ omnē irreuerētiā ꝓcauendo. h In medio eni magnatoꝝ ꝓsistis. q. d. licz ad maiorē statū fueris elevatus ꝙ pentes tui: nō debes coꝝ reuerētie oblīuisci. i Ne forte oblīuiscat te dē. gratiā suā tibi subtrahēdo: ⁊ te cōfusibi liter deꝙciēdo. k Assiduitate tua. circa parētū irreuerētiā. l Infatuat⁹ iproperiū patiaris. a deo ⁊ homib⁹. n Et malnisses nō nasci. ex ipatiētia tue delectiōis: sic faciunt multi. Cōsequēter detestat peccatū locutiōis iniuriose dicēs p Domo assuet⁹ in vbis iproperij. sic fuit semei: vt habet .ij. reg. xvj. p In omib⁹ dieb⁹ suis nō erudiet. qz cōtenit

tū iurās iplebit iniqtate: et nō discedet a domo illius plaga. Et si frustrauerit fratrē: delictū illi⁹ sup ipm erit et si dissimulauerit delinqt dupliciter: et si in vacuū iurauerit nō iustificabit. Replebit eni retributiōe pessima dom⁹ illius. Est et alia loquela ecōtrario i mortē: nō iueniat i hereditate iacob. Etenī a misericordib⁹ oia hec auferet: et i delictis nō voluptabūt. Indisciplinose loquele nō assuescat os tuū: est eni i illa vbū peccati. Memēto pīs ⁊ mīs tue: in medio eni magnatorū ꝓsistis: nē forte obliuiscatur te dē in ꝓspectu illoꝝ: et assiduitate tua ifatuatus iproperiū patiaris: et maluisses nō nasci: ⁊ die natiuitatis tue maledicas. Homo

monita alioꝝ. q Duo genera. Posito peccato locutiōis: hic ꝓñter detestat triplex peccatū opis. Et primo ponit duo breuiter se expediēdo: secūdo tertiū magis inmorādo: ibi Homi fornicario. Circa ꝑm⁹ dic: q Duo genera abundāt i peccat. qz sūt causa pluriū seqñtiū. s. assuet⁹ in vbis iproperij: in omib⁹ diebus suis nō erudiet. Duo genera abūdāt i peccatis: et tertiuz adducit irā ⁊ pditionē. Aia callida q̄si ignis ardēs nō extinguet donec aliqd glutiat: et bō nequā in ore carnis sue: nō desinet donec incēdat ignē. Homi fornicario omis panis dulc: nō satigabit trāsgrediēs usqz ad finē. Dis homo q trāsgredit lectū suū cōtēnens i aiam suā: et dicēs: quis me videt tenebre circūdant me: ⁊ parietes coopiūt me: ⁊ nemo circūspicit me quē vereor: delictoꝝ meoꝝ nō memorabit altissimus: ⁊ nō intelexit qñ oia videt oculus: illi⁹: quoniā expellit a se timorē dei b⁹ mōi hois timor: et oculi hoim timētes illū: et ñ

cupiditas: q̄ est radix oim malorum. j. thimo. vj. ⁊ gulositas: q̄ est occasio multoꝝ malorum: ⁊ spēaliī peribrietatē. r Et tertiū adducit irā. vindicte diuine: ⁊ pditionē gehēne: ⁊ istud est adulteriū: de q̄ postea magis ꝑsequet: et de primo subdit: s Ania callida q̄si ignis ardens. ardore cupiditatis de q̄ dicit boeci⁹ libro. ij. de ꝓsolatone metro. v. Seuior ignib⁹ ethne ardet amor habēdi. t Nō extinguet donec aliqd glutiat. alioꝝ bona male acq̄rēdo ⁊ subdit o secūdo v Et bō nequā i ore carnis sue. i. gulosus q̄ sibi nequā ē p os suū: qz gulositas nō solū nocet aie ꝓprie: sz etiā corpi: generās multas passiones ⁊ infirmitates. x Nō desinet donec incēdat ignē. s. luxurie. nā virtus nutritiua materiā ministrat generatiue: vnde dicit hiero⁹. Uenter mero estuans statim spumat in libidinez. y Homni fornicario. Hic ponit tertiū: et ꝑmo q̄tum ad virū: secūdo q̄tum ad mulierē: ibi Sic ⁊ mulier. Circa ꝑmū dicit: y Homi fornicario. i. luxurioso. z Dis panis dulcis. i. ois aliena mulier appetibilis. a Nō satigabit trāsgrediēs. i. nō cessabit transgredi mandatū dei: Exo. xx. Nō mechaberis. b Usqz ad finem vite sue. ⁊ qz pctm̄ luxurie beberat mentē: eo q̄ reddit hominē bestialē: subdit: c Omis homo q̄ transgredit lectū suū. p adulteriū. d Cōtemnēs in animā suā. i. ꝓtemptū aie sue inferēs ꝑpter carnis voluptatē. e Et dicens. execat⁹ voluptate: f Quis me videt ⁊c. q. d. nullus: nec homo nec deus. ⁊ patz lra. Et subdit erroris causa cū dicit: g Qm̄ expellit a se timorē dei b⁹ mōi homis timor. i. timor adulteri q̄ timet voluptate ꝓiuari: expellit a se timorē dei: motus eni maiores depellūt miores: sm phm. Adulter vo nimis fortit trahit a voluptate: ⁊ sic retrahit a dei timore. h Et oculi hoim timētes illū. i. homies ꝓscū sui adulteriū: q̄ in hoc sibi seruiūt timore ducti ne eius offensam incurrant: et adulando de facinoribus suis eum ꝓmendant: et sic in ipis eum nutriunt: ⁊ per cōsequens timorē dei ab ipso expellunt ꝓpter quod non ꝓsiderat: q̄ deus ipm videat ad puniendū: ideo sequit: i Et nō cognouit. i. cogscere neglexit: k Qm̄ oculi dñi multo lucidiores

sapiētia laudabit. Supius a tertio cā. ꝛ cīra actū est de exercitio virtutū: hic ꝓnter agit de statib⁹ ecclesie: in ꝗbus fit hoc exercitiū. ꝛ qz h⁹mōi statꝰ fm ordinē diuine sapie distinguūt: ideo ꝑmo ponit sapie cōmēdatio: secūdo subdit h⁹mōi statuū distinctio ca⁹ sequēti. Ad cuidētiā aūt dicēdoꝝ sciendū: q⁹ alicꝫ exponūt hoc capitulū ō lege veteri ꝛ noua: q̄ dī sapia diuia: qz nō humanit⁹ inuēta: sz diuinit⁹ reuelata. Ad hoc aūt allegāt qō dī infra eodē ca: Hec oia liber vite ꝛ testamētū altissimi. sed saluo meliori iudicio h⁹ nō videt rōnabilit⁹ dictū. Naz in ꝑsona sapie ō qua fit hic sermo dicit in hoc ca⁹: Ego feci i cel: vt oriret lumē indeficiēs. qō factum fuit a ꝓncipio creatiōis mūdi. Ex āt vet⁹ postea fuit data: Exo. xx. q̄si ꝑ duo milia annoꝝ: ꝛ noua postea ꝑ tātū tꝑus ꝛ ampl⁹: ꝓterea de cadē sapia de q̄ fit hic mentio dicit: Ab initio ꝛ añ secula creata suz. qō nō pōt dici de lege veteri vl̄ noua. Itē hec expositio fauere videt errori iudeoꝝ: qui fingūt legē veterē creatā fuisse ante mūdū: vt infra plen⁹ dicet. Propter qō dicendū: q⁹ hic agit de sapia diuia ꝑsonaliter dicta: que est sapientia genita. Unde in eius ꝑsona dicit hic. Ego ex ore altissimi ꝓdū. Et de h⁹ plenius fuit dictū in ꝓncipio huius libri. Sic ergo ꝓceditur: qz ꝑmo ponitur huius sapientie cōmendatio: secūdo describit eius generatio: ibi Ego ex ore ⁊c. terno soluitur tacita questio: ibi Adhuc doctrinā. Circa ꝓmū dicit: a Sapiētia laudabit animā suam. i. seipam eo modo loquēdi quo dicitur Iere. ij. Iurauit dom⁹ exercituū ꝑ aiam suaz. i. ꝑ seipm Gen. xxij. Per memetipm iurauī dicit dñs. laudauit ergo sapientia genita q̄ est idez qō verbū diuinū seipam ꝑ angelos ꝛ ꝓphetas ꝛ alios sanctos: ꝛ etiam ꝑ seipam in humanitate assumpta exprimens excellentiā quam habebat a patre Joh. x. Ego ꝛ pater vnū sum⁹. b Et in dño honorabit. idest in deo patre venerabitur: quia sicut pater est in filio et ecōuerso: vt dicitur: Joh. xiij. sic filius honoratur in patre: et pater in filio. c Et in medio populi sui gloriabit. idest in medio sanctoꝝ angelorum ꝛ etiam hominū: qui sunt eius populus. d Et in ecclesijs altissimi aperiet os suum. scilicz in ecclesia triumphante: illuminando angelos ꝛ docendo: ꝛ militante in humanitate assumpta ꝑdicando in templo ꝛ apostolos docendo. e Et in cōspectu virtutis illius. i. in operibus miraculosis virtute altissimi factis qz fiebant ad declarationē sue deitatis. f Et in medio populi sui exaltabit. Nā de medio apostoloꝝ ꝛ ipis videntib⁹ eleuatus fuit in celum: Mar. vlti. et act. ꝓmo. g Et in plenitudine sancta admirabitur. de qua dicit: Joh. ꝓmo Uidimus eum quasi vnigenitu a patre: plenum gratia et veritatis: et ibidem subditur: Et de plenitudine ei⁹ omnes

sunt. h Sup solē. Claritas eni solis nō est nisi q̄dam effectus: ꝛ modica scintilla diuine claritatis. m Cir cūspiciētes oīs vias hoīm. q̄tūcūqz occultas. n Et ꝑfundū abyssi. ad qō nō ptingit lux solis. o Et hominū cozda. q̄ soli deo sunt nota. p Dño enim deo ātequ creārēt: oia sūt agnita. nā est agēs p intellectū: ꝛ sic ꝑcognoscēs. q Sic ꝛ post ꝑfectū. i. p⁹ creatiōz rez cognoscit oia exq̄ eni ꝑcognouit anteq̄ essent i effectu: sequit: Et q⁹ postea ꝑditur aūt adulteri pena cū dicit: r Hic i pla. ciui. vindicabit. i. puniet: qz in palā lapidari ꝓcipit: vt ꝓdictū est. s Et q̄si pullus equin⁹. i. indomitus voluptati dedit⁹. t Fugabit vt sic capt⁹ puniatur. v Et erit dedecus omibus. amicis suis ex vilitate crimis ꝛ punitiōis. x Sic ꝛ mulier. hic ꝓsequēt detestat peccatū adulteriū q̄ ꝑtū ad mulierē dicens: x Sic ꝛ mulier ois relin. vi. suū. peccabit: qz tenet ei obedire: ꝛ debitū reddere. b Statuēs hereditatē. i. heredē viri sui. z Ex alieno matrimonio. q̄n adulter ei⁹ ē vxori alligat⁹: ꝛ sic filiū quē ex eo ꝓcipit ꝓz uat hereditate pena: ꝛ ipm instituit i aliena. a Primo ei i lege alti. ⁊c. Jque dicit exo. xx. Nō mechaberis. b Secūdo vir suū dereliqt. abutēs corpe suo ꝓpio cū nō habeat ei⁹ potestatē: sed vir. j. coz. vij. c Tertio in adulterio fornicata ē. i. polluta. d Et ex alio viro filios statuit sibi. s. marito suo. Et qz fm legē debet publice puniri: subdit: e Hec i ecclesia adducet. i. filio cozā iudicib⁹. f Et i filios ei⁹ respiciet. vtrū sint legitimi: vel illegittimi: ꝛ si ꝓbent illegittimi: eūcient de domo mariti: ideo subdit: g Nō tradēt fūg ei⁹ radices. qz nō stabilient i hereditate mariti. h Et rami ei⁹. i. fīlij filioꝝ. i Nō dabūt fructū. i. nō ꝓsperabunt: ideo subdit: k Derelinquēt i maledictū memoriā ei⁹. scz matris adultere: cui maledicēt homies miseriā filioꝝ adulterinoꝝ videtes: l Et dedecus illi⁹ nō delebit. cozā deo si ꝑseueret in malo: nec etiā cozā homib⁹ vsqz ad magnū tꝑus. Cōsequēter ex dictis de adultero ꝛ adultera ꝓcludit itentū dicēs: m Et agnoscēt q̄ dereliēti sunt. s. ceteri viri ꝛ mulieres. n Qm̄ nihil melⁱ est q̄⁹ timor dei. s. filialis q̄ cauet offensam dei. o Et nihil dulci⁹. aie palatū bñ dispositū habēti. p Quā respicere i mādatis dei. nō solū speculatiue cognoscēdo sz etiā practice ope adimplēdo. q Gloria magna est sequi dñm. ꝑ viā iusticie. r Logitudo ei diez. i. eīa vita. s Assumet ab eo. i. a deo qui dat illā seqñtib⁹ ipm ꝑ viam mandatoꝝ suoꝝ. Capitulū. XXIIII.

Sapiētia laudabit animā suaz: et in dño honorabitur: et in medio populi sui gloriabit: et i ecclesijs altissimi aperiet os suū et in cōspectu virtutis illi⁹ gloriabitur: et in medio populi sui exaltabitur: et i plenitudine sancta admirabit

nos accepim⁹. h Et in mlt̄itudine electoꝝ habebit laudē. Nā a sanctis angelis ⁊ electis laudabit i celis. i Et in ter bñdictos benedicet. i. bona dicet: dicēdo illud qō sequit de sua emanatiōe eīna: p quā habet bonitatē infinitā a patre: sic ⁊ deitatē: nō tm̄ aliā numero: sed eandē. k Ego ex ore. Hic ꝓñter describit sapie genite generatio: et pmo generatio eternalis ex patre secūdo tpalis ex virgine: ibi Posuit dauid Pria i duas: q⁹ pmo describit generatō vbi secūdo p verbū creatio mūdi: ibi Ego feci. Et silem ꝓcessum tenet beat⁹ Job. in pncipio euāgelij sui: vbi vbi dei in pmo ponit emanatiōez dicēs: In pncipio erat vbū ⁊c. secūdo mūdi creationē dicēs: Oia p ipm facta sūt ⁊c. tertio vbi incarnationē cū subdit: Et verbū caro factū ē ⁊c. Circa pmū in psona verbi vel sapiētie genite dicit: k Ego ex ore altissimi. i. dei patris. l Prodij. ⁊ dicit h̄ os altissimi potentia generatiua pīe: q̄ pducit verbū incarnatū spūale qō est filⁱ dei: sic ore carnali pducit verbū sensibile: nā itelligibilia significant p sil̄itudines sensibiliū. m Prioge nita añ omnē creaturā. Ex hoc pz: q⁹ scriptura nō loquit h̄ de sapia diuina essentialit dicta: q⁹ hec nō est generāt̄ nec genita: nec etiā de sapia quacūq⁹ creata: p hoc qō dicit: Ante omnē creaturam. Sciendū tm̄ q⁹ iudei moderni i suo errore obstinati negādo diuinitatē xp̄i: habēt ꝓñs negare distinctionē psonalē i deo genitoris ⁊ geniti: q̄ tm̄ hic exp̄mit: sed de hoc libro nō curāt: q⁹ ipm nō recipiūt. Libū aūt puerbioꝝ salomonis iter sanctos libros recipiūt: vbi octauo cº de sapia diuia ponit eadē sentētia: Nōdū erāt abyssi: ⁊ ego iaz ꝓcepta erā. ⁊ ibidē Añ oēs colles ego pturiebar. vbi vo ē ꝓcept⁹ ⁊ ptus ibi ē generās ⁊ genit⁹: ratio vo et natura nō patiūt: q⁹ eadē simplex psona respectu suiipius sit generans ⁊ genita: nulla eni res seipam gignit vel ad esse pducit. Ad euitādū igit in deo distinctionē genitoris ⁊ geniti: finxerunt q⁹ lex fuit creata añ mūdū p duo milia annoꝝ: vt sic ō ipa dicat: Ante oms colles ego pturiebar. i. creabar: sed h⁹ patz manifeste falsum: q⁹ lex nō potuit p se creari: sz in mēte aliq̄ angelica: vel humana: vel i scripto: vt i lapidib⁹ scripta fuit lex moysi: vel i aliq̄ alia materia: ⁊ vterq⁹ mod⁹ pīsupponit alteri⁹ creationē. Hoc etiā dictū est ita irrōnabile: q⁹ nō est ꝓtra ipm disputādū. n Ego feci. Hic ꝓñter describit ꝓcessus creaturaꝝ p sapientiā genitā siue verbū. Et pmo ꝓcessus iste declarat: secūdo p scripturā ꝓfirmat: ibi Hec oia liber. Pria adhuc in duas: q⁹ pmo declarat ꝓcessus creaturaꝝ q̄tū ad esse nature: secūdo q̄tū ad esse gr̄e: ibi Et i his omibus. Circa pmū dicit in psona sapiētie genite siue verbi n Ego feci i celis vt oriret lumē ideficiēs. ⁊ de lumie corporali patz Gen̄. j. Dixit de⁹ fiat lux: ⁊ facta ē lux. sic ibidez plenius explicaui. o Et sic nebula texi oēm carnē. Duobus eni pmis diēb⁹ formatiōis rerū elemēta q̄ttuor nō fuerūt abinuicē plene distincta: nā aqua tūc nō habuit ꝓpletā densitatē: sed q̄si vaporabilit erat cleuata p totū aerē. Et sic p modū nebule tegebat totā terrā. Tertia vo die q̄ distincta fuerūt elemēta accepit a deo debitā densitatē: q⁹ et fecit i terra ꝓcauitates ad recipiēdū aque ptez: et sic apparuit arida ⁊ elemēta distincta: put dictū fuit plenⁱ: Gen̄. j. p Ego in altissimis habitaui. disponēdo celū empyreū: qō q⁹ stati factū fuit: fuit angelis replctū. q Et thron⁹ meus. i. postestas mea. r In colūna nubis. p ipam eni disponit generatio nubiū in aere. s Gyrū celi. i. celū sidereū lumiaribus ⁊ stellis ornatū. t Circuiui sola. disponēdo motū orbiū. Sciēdū tm̄ q⁹ p li sola: nō excludit pr ⁊ spūssanct⁹: nā fm phm. ij. Elēcoꝝ. solus. i. qō cū non alio. Et iō q̄n determiat aliqō sb̄iectū in ordine ad p̄dicatū nō excludit a ꝓortio p̄dicati illō qō habz ídētitatē cū subiecto: sed qō habet alietatē: pat aūt ⁊ filⁱ ⁊ spūssanctus sūt vnū simplicit in ēntia: ⁊ distinguūt in psona: p. pi qō dictio exclusiua addita vni p sone in ordine ad p̄dicatū psonale facit exclusionē aliaꝝ psonaꝝ: vt cum dicit: solus pater generat: filⁱ eni ⁊ spūssanct⁹ nō generāt. Si aūt p̄dicatū sit ēntiale nō excludūt alie psone: sed magis includunt: eo q⁹ si vnū i essentia: sic est i ꝓpposito: q⁹ circuire celū p dispositionē mot⁹ orbiū ē ꝓmune toti trinitati: sic ⁊ creare: et iō cū dicit i psona sapientie genite: Gyrū celi circuiui sola. p li sola: nō excludūt pat ⁊ spūssanct⁹: sz magis icludunt. v Et ꝓfundū abyssi penetraui. ꝓpando ꝓcauitates i terra: vt ibi cōgregatis aquis appareret arida: q̄ ꝓgregatio vocat oceanus vel abyssus. x Et in fluctib⁹ maris ambulaui. saluādo noe ⁊ q̄ cū eo erāt in arca inter aquas ⁊ fluctus diluuij y Et i omi terra steti. stabilitatē ei dando vndiq⁹ circa centrū mūdi. z Et in omi gen. ⁊ in omi pplo pmatū tenui. naz ois ptās hoim a deo est. a Et oim excel. ⁊ hūi. col. vtu. calcaui. sic habent libri correcti: ⁊ pz sensus. Nā oms tam magni q⁹ parui dei filio sunt subiecti: q⁹ toti trinitati. b Et i his omibus. Hic ꝓñter ponit effectus sapiētie in creaturis q̄tum ad esse gratie: hic aūt effect⁹ habet locū in angelis ⁊ homib⁹: et de angelis h̄ tacet de quoꝝ ꝓfirmatione in bonū paꝝ loquit scriptura. Justificatio vo hoim p gratiā facta est a tota trinitate: p cognitōnē dei ⁊ amoꝛē supnaturalē: ad quā eleuati sunt patres sancti ex electiōe diuia: et iō pmo ponit hec electio: 2º electiōis ꝓfirmatio: ibi Ab initio. 3º ꝓfirmatōis fructificatio: ibi Quasi cedrus. Circa pmū sciendū: q⁹ nulli homi gratia dei denegat: cū velit oms homines saluos fieri: ⁊ ad agnitionē veritatis venire: vt dicitur. j. timo. ij. sed aliqui ea carent: quia non sequūtur diuinum instinctum ad supnaturale bonum. Et sic non datur eis gratia habitualis que datur sequētibus ipm: sicut alias diffusius declaraui in pluribus locis. Dicit igitur dei sapientia: b Et in his omnib⁹ sz hominibus. c Requiem quesiui. in ipis habitādo per gratiā: vnde puer. viij. dicit hec sapientia: Delitie mee esse cum filijs hominū. Uerūtamē quia multiplicatis homib⁹ post diluuiū declinauerūt cōmuniter ad idolatriam: Abraam tamē ⁊ qui ab eo descenderunt p Iacob nepotem suum in fide vnius veri dei steterunt: ꝓpter q⁹ hereditas dñi vocat: Deut⁹. xxxij. Pars autē dñi pplus eius: Iacob funicul⁹ hereditatis ei⁹. iō subdit o Et i hereditate dñi morabor. p gratiā patres illos sanctificando. e Tunc p̄cepit et dixit mihi creator omniū. s. illud q⁹ postea subdit. Uel aliter: Tunc p̄cepit ⁊ dixit mihi, idest figure mee: sicut imago herculis

ēt i multitudine electoꝝ habebit laudē: ēt in bñdictos bñdicet: dicēs. Egō ex ore altissimi prodij: pmogenita añ omnē creaturā: Egō feci in celis vt oriret lumē indeficiēs: ēt sicut nebula texi omnē terrā. Egō in altissimis habitaui: ēt thronus meus in colūna nubis. Gyrū celi circuiui sola: ēt pro fundū abyssi penetraui: ēt in fluctib⁹ maris ambulaui: ēt in omni terra steti. Et in omi populo ⁊ i omi gēte pmatū habui: ēt omniū excellētiū ⁊ humiliū colla ꝑtute calcaui. Et i his omi b⁹ req̄ē q̄siui: ēt in hēditate dñi morabor. Tūc p̄cepit

dicit hercules. Creator oim. s. illud qđ postea subditur: In iacob inhabita rē. et interponit: Et qui creauit me rē. Ad intellectū hui' sciēdū: q̄ lz tota trinitas iustificet homies p gr̄am: tn̄ ad faciēdū hāc iustificationē nō dicit pater missus: sed tm̄ filius et spūssanct': qz inuisibil' missio persone diuine duo includit. s. q̄ persōa illa nouo mō inhabitet mē tem rōnalē p gratiā: et q̄ ista psōa procedat ab alia. Istud secūduz nō ꝓuenit patri: ꝑ qđ nō ꝓuenit sibi mitti. vnde dicit Aug. ij. de tri. Pi nusq̄ legit missus lz filio et spūi sco ꝓuenit mitti: non solū visibiliē sicut filio apparuit i carne et spūssco i columbe specie: lz etiaz inuisibiliē p dona quib' inhabitāt mentē. s. spūssanct' p donū charitatis et alia q̄ pficiunt voluntatē: filius autē p donū sapie: et alia q̄ pficiūt intellectū: eo q̄ spūssanct' procedit p modū volūtatis: et filius p modū intellect'. Hec igit missio sapie genite a pīe pōt dici p̄ceptū loquēdo large: et sic dicit: e Tūc p̄cepit rē dixit mihi creator oim. i. deus pr̄ mittēs dicto modo filiū: rē qz posset alios credere: q̄ p talē missionē filius separet a pīe: ꝓpter hoc anteq̄ vltra ꝓcedat istud remouet: cū dicit: f Et q̄ creauit me. i eternaliē generādo dedit esse: qđ large quidē pōt dici creatio: vt diffusi' dictū fuit supra ꝑmo ca'. exponēdo illud: Prior oim creata ē sapia. g Requieuit i tabernaculo meo. i. in me ipa: qz ꝓpter dictā missionē filius q̄ est sapia genita non desinit esse i patre: nec pat in filio. Cōsequēter resumit ꝓpositū dicēs: h Et dixit mihi. deus pat: i In iacob inhabita: rē i isrl hereditare. i. i pplo descēdēte a iacob q̄ alio nomīe dictus ē israel: Gen. xxxij. In hoc eni pplo remānsit fides rē cultus vni' veri dei: ceteris cōmuniter ad idolatriā declinātib'. Sciēdū tn̄: q̄ iste popul' magis denominat a iacob rē israel: q̄ ab abrāā rē isaac: qz nō oīs eoz filij fuerūt fideles: vt pz de Ismaele rē esau lz oīs filij iacob fuerūt dei cultores: ꝓpter qđ rē tribus illi' ppli denominat ab eis. k Et in electis meis mitte radices. i. p̄cepta decalogi: rē alia ceremonialia rē iudicialia: q̄ fuerūt illi pplo data: vt ꝑ eoz obseruātiā radicaret i sapia diuia. l Ab initio. Hic ꝓnter ponit electiōis p̄dicte ꝓfirmatio q̄ fuit facta p stabilitatē regni: rē edificationē tēpli tpibus dauid rē salomnnis. Premittit tn̄ hic sapie genite einitas: vt p hoc oñdat causa sufficiens stabilitat' i alīs. Dicit igit: l Ab initio. p hoc ñ pōt itelligi initiū tpis: qz subdit: m Et ante secula. lz intelligit ipe pat: q̄ est p̄ncipiū emanatiōis psonaz. m Et ante secula. i. eternaliē: qz filius eternaliē procedit a pīe. n Creata sum. i. ab eo accipiēs esse p generatiōez que large loquēdo pōt dici creatio: vt plenū est dictū supra ꝑmo ca'. Aliē exponūt alij: n Creata sum. i. ꝓuisa creari lz hūanā naturā i vnitate psone assumēdā. Licz aūt hec expositio ꝓtineat veritatē: nō tn̄ videt eē fm auctoris libri hui' itentionē: vt dictū ē supra ꝑmo ca'. hoc etiā videt ex ꝓcessu hui' capituli: in q̄ a ꝓncipio vsq̄ ad finē ponit ꝓrogatiue sapie genite: sic aūt ꝓuideri nō est alij q̄ ei' ꝓrogatiua: qz ꝓuenit omi creature q̄tūcūq̄ minute. Nā ab eterno ꝓuisum ē q̄cūq̄ ꝓducit i tpe. o Et vsq̄ ad futurū seculū nō desinā. i. eternaliē psistam.

> rē dixit mihi creator oim: Et qui creauit me requieuit in tabernaculo meo: Et dixit mihi: In iacob inhabita: rē in israel hereditare: Et i electis meis mitte radices. Ab initio Et ante secula creata sū Et vsq̄ ad futurū seculū nō desinā: Et in habitatiōe sancta coram ipo ministraui. Et sic in syon formata sum Et i ciuitate sanctificata similiter requeui: Et i hierusalē potestas mea. Et radicaui in pōpulo honorificato: Et in ptes dei mei hereditas illi' Et i plenitudine sctoz detētio mea. Quasi cedrus exaltata sum in libano: Et quasi cupressus in monte syon: Quasi palma exaltata sum in cadis: Et quasi plantatio rosē in iericho: Quasi oliua speciosa in campis: Et quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in platis: Sicut cinamomum Et balsamū aromatizans odorē dedi: Quasi murra electa dedi suauitatē odoris: Et quasi galbanū Et onix Et stacte Et quasi gutta mellis odorauit habitatio mea: Et sicut terebinthus extendi ramos meos: Et rami mei rami honoris Et honestatis: Quasi vitis fructificaui suauitatē odoris: Et flores mei fructus honoris Et honestatis: Et diuitie inopie: Ego mater pulchre dilectionis Et timoris Et agnitionis Et sc̄e spei: Quasi vinea germinaui blandimentū: Et odores mei mellifluū: Et hereditas mea super mel Et fauū: Et memoria mea in generationes seculorum: Qui edunt me adhuc esurient Et qui bibunt me adhuc sitient: Qui audit me non confundetur: Et qui operant me non peccabunt: Qui elucidant me vitam eternā habebunt.

p Et in habitatiōe sancta. i. in mētib' sanctoz. q Lorā ipo. deo pie. r Ministraui. i. missionē meā iuisibilē p eaz sanctificatiōz ipleui mō supradicto. Uel alit: p Et in habitatiōe sancta. i. i congregatiōe iustoz. q Lorā ipo ministraui. i. ministrare feci p aaron rē alios sacerdotes bonos. sicut dī gen. xxij. in p'sona oñt: Nūc cognoui q̄ timeas oīm. i. alios cognoscere feci. r Et sic i syon. hic ꝓnter ponit electiōis dicte ꝓfirmatio. s. per edificatiōz tēpli: rē cōfirmatiōez regni tēpe dauid rē salomonis: et sic dicē sapiētia dei: Et sic i syon firmata sum. ista tn̄ firmatio nō dicit aliquā mutationē i deo lz in creatura inq̄ firmi' stabiliunt dona diuina: Dicit aūt dei sapia firmata i mōte syon: eo q̄ ibi fuit edificatū templū. iij. reg. vj. in q̄ archa rē ppiciatoriū q̄ repsentabāt scoē dei: vt dictū fuit exo. xxv. habuerūt stabilē māsionē: nec vltra fuerāt portata de loco ad locū sic añ fuerāt p desertū: rē postea i terra ꝑmissiōis: vt patz i plurib' locis ꝑmi regū. s Et in ciuitate sanctificata. s. hierusalē ad diuinū cultū electa. iij. reg. viij. t Similiter requeui. p spēalē habitatiōz: eo q̄ vigebat ibi cultus dei. v Et in hierusalē potestas mea. qz facta fuit ciuitas metropol' rē regia: rē hoc ex ordinatiōe spēali diuina. x Et radicaui. i. dona mea firmi' stabiliui. y In pplo honorificato. i. i pplo israel: q̄ fuit honorificat' a deo p ceteris: eo q̄ disposuerat ab eterno ex illo carnē assumere ꝓpter qđ dedit ei legē rē pphetas sacerdotiū rē regimē: ꝑ qđ dī deut'. iij. Que ē eni alia gēs sic inclyta: et psal. cxlvij. Nō fecit taliē omi natiōi rē. z Et i ptes dei mei hereditas illius. s. populi honorificati. Ad cui' intellectū sciēdū q̄ li mei: pōt esse genitiu' hui' ꝓnomis ego: et sic ē sensus: z Et i ptes dei mei. i. in ptes dei: q̄ deus sū ego. a Hereditas illi'. q. d. vita beata q̄ ē electoz hereditas vera ē in ptes meas. i. apud me. alio mō potest esse genitiu' hui' ꝓnomis me': et sic ē sensus. z In ptes dei mei. i. apud patrē qui ē deus me'. a Hereditas illi'. i. beatitudo populi honorificati: rē vtroq̄ mō ꝓtinet veritatē: nā electoz beatitudo consistit obiectiue i pīe rē filio: Joh. xvij. Hec ē vita eīna vt cognoscāt te solū deū: rē quē misisti iesū christū: ꝑ hoc tn̄ non excludit spūssanct': lz magis includit: vt patz ex supradictis. sed remanet q̄stio quō pat dicit deus filij. Ad qđ dicendū: q̄ habēdo respectū ad hūanitatē est manifeste verus: vñ dī Joh. xx. Ascendo ad patrē meū rē patrē vestrū: deū meū et deū vestrū. habendo vō respectū ad naturā diuinam: potest etiā verificari. dicitur enim filius fm diuinam naturam deus de deo: sicut dicitur in symbolo de ipso: Lumen de lumine: deum verum de deo vero. et sic vt videtur in psona filij de patre potest dici: In partes dei mei. idest patris qui est deus a quo sum: idem tamē deus cū ipo in essentia: distinctus tn̄ in persona. b Et in plenitudine sanctoz. i. in congregatione eorum. c Detentio mea. idest mansio mea per gratiam: Matth. xviij. Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo: in medio eorum sum. d Quasi cedrus. Hic consequēter ponitur dicte confirmatiōis fructificatio: et primo q̄tum ad fructum vite actiue: secundo contemplatiue: ibi Ego mater. Prima in duas: quia ꝑmo ponitur dicta fructificatio: secūdo fame diffusio: ibi Sicut cinamomum. Circa primū sciendum q̄ terrenascentia diuersarum specierū magis fructificant in vna terra q̄ i alia:

Et sic ponunt hic exẽpla pluriũ arboꝝ vel terrenascentiũ i diuersis locis notabiliter fructificãtiũ cũ dicit: Quasi cedr⁹ exaltata sũ in libano. i. sic cedrus notabiliter crescit in mõte libani: sic exaltata sũ in populo israel p augmẽtationẽ cultus diuini: p quã diuina sapia dicit exaltari: nõ in se: qz nõ pot augeri vel minui cuz sit infinita: sz i donis z effectib⁹ suis: sic dicit deus magnificari cuz deuote laudat a nobis: psal. xxxiij. Magnificate dñm mecũ. hec aũt diuini cultus augmẽtatio facta fuit maxie tpe dauid et salomonis: ezechie: et iosie: vt patz ex libris regũ z pal'. et eodem mõ exponũt exẽpla q̃ sequunt: e Et q̃si cupressus z̃. i. sic ista fructificãt notabiliter i locis h exp̃ssis: sic sapiẽtia diuia exaltata est mõ p̃dicto. Sciendũ tñ q cũ dicit hic: f Quasi palma exaltata sũ in cades. cades nõ est h loc⁹ deserti: vbi manserũt filij israel p aliqõ tpus vt dicit Deut⁹. j. Et sedistis i cades barne z̃. sed est alia sita i sorte iude: et ad distinctiõz alteri⁹ dr̃ cades absolute: iosue. xv. alia vo cades barne. Sciendũ aũt q hic ponunt exẽpla corpalia ad exp̃mendũ augmẽtũ donoꝝ spualiũ: qõ ẽ excellent⁹ augmẽto corpali: sicut mat ad exp̃mẽdũ excellentẽ amorẽ quẽ hz ad filiũ vtit plibus noib⁹: vocas eũ aliqñ filiũ suũ: aliqñ cor suũ: aliqñ dñm suuz. et sic de plib⁹ alijs. g Sicut cinnamomũ. Hic p̃ter p̃it dilatatio fame diuini cult⁹ i hierlm augmẽtati ꝓpter qõ multi nõ solũ de iudeis: sz etiã h gẽtilib⁹ veniebãt adorare deũ i hierlm: vt hz. iij. Reg. viij. et Job. xij. que dde fame diffusio significat h p bonũ odorẽ: sz q dr̃ Can. j. Currem⁹ i odore vnguẽtoꝝ tuoꝝ. et. ij. Cor. ij. Quia christi bon⁹ odor sum⁹ deo z̃. Et ponũt hic plures arbores et species aromatice: q̃ꝝ ꝓpter explicare nõ ẽ ad ꝓpositũ. Nã hic solũ introducunt ad desi gnãdũ diffusionẽ bone fame p suauitatẽ sui odoris: sicut et arbores exp̃sse in pte p̃cedẽti: ad exp̃mendũ augmẽtuz cult⁹ diuini. Et sil'r ponũt h plura aromatica et odorifera ad maiorem exp̃ssionẽ diffusiõis bone fame. Unũ tñ vocabuluz ẽ hic exponẽdũ cũ dr̃: Et vngula. q̃ ẽ species aromatica hũano vngui silis: ꝓpter qõ latine notata ẽ vngula: Exo. vero xxx. notat onycha. Onyx eni grece vnguis ẽ latine: et ẽ vna de q̃tuor specieb⁹ ex quib⁹ p̃ficiebat thymiama boni odoris ad cremãdũ corã dño in altari thymiamatis: vt dr̃ ibidez. h Ego mat. Hic p̃ter ponit fructificatio i vita ptemplatiua: tpe nãꝝ vete. testa. fuerũt aliq in ptemplatiõe diuinorũ notabiliter eleuati: sicut pz de moyse q̃ loq̃bat cũ dño sicut homo cũ amico suo: Exo. xxxiij. z de alijs ꝓphetis: z h⁹ erat p sapie donũ: iõ dicit sapia dña: h Ego mater pulchre dilectiõis. Contẽplatiua nãꝝ vita mũdioꝝ et pulchrioꝝ ẽ p̃ vita actiua: ꝓpter qõ significat p rachel q̃ erat decora facie et venusto aspectu. Actiua vo p lyam q̃ lippis erat oculis: gen. xxix. i Et timoris. filialis. k Et agnitionis. supnatural'. l Et sancte spei. p expectatõez future beatitudis. Ista nãꝝ dona et alia intellectũ pficiẽtia attribuũt filio q ẽ sapia genita: in cui⁹ etiã pona adhuc subdit: m In me ois gr̃a vite. i. a me ꝓcedit vita gratiosa z noticia lumiosa: ideo subdit: Et vitat'. n In me omis spes vite. gloriose o Et vtutis. q̃ possũ ea dare. p Trãsite ad me. p cognitõez et amorẽ. q Oñs q̃ ꝓcupiscitis me. nã oibus possum satisfacere: iõ subditur: r Et a generatõib⁹ meis imple. i. illũinatiõnibus diuis. s Spus eñ meus. i. degustatio mee bonitat'. t Sup mel dulc. ipaz eni ñ adequat aliqua delectatõ corpalis. v Et hereditas mea. q̃ est vita beata. x Sup mel z fauũ. qz quietat totalit̃ appetitum. y Memoria mea i generatiõe seculorũ. qz nunq̃ delebit de mẽtib⁹ sanctoꝝ. z Qui edũt me. in pñti sibi spualiter icorporãdo. a Adhuc esuriẽt. vt pleni⁹ habeãt i celo. b Et q̃ bibũt me. Exponat eodẽ modo: refectio eni spualis z celestis exprimit p cibũ z potũ: eo q in corpalib⁹ faciũt vnã refectionẽ p fectã. c Qui audit me. aure mẽtis. d Nõ ꝓfundet. in ꝓspectu sũmi iudicis. e Et q̃ opant i me. i. fm regulã doctrine mee. f Nõ peccabũt. nã ẽ regula ifallibilis. g Qui elucidãt me. occulta sapie mysteria i lege z ꝓphetis ꝓtẽta fideliter exponẽdo. h Vitã eternã habebũt. i pmiũ. i Hec oia. Hic ponit ꝓfirmatio p̃dictoꝝ p sacrã scripturã cũ dicit: Hec oia liber vite. supple ꝓtinet exp̃sse: z dicit hic sacra scriptura liber vite: eo q̃ est instrumẽtũ veniẽdi ad vitã veram vl' beatã. Illa vo q̃ dicta sunt de ꝓcessu creaturaꝝ a vbo q̃tũ ad esse nature: z q̃tũ ad esse gratie: z cetera dona h dicta: exp̃mũt in genesi z alijs libris legalib⁹ z ꝓphetalib⁹ z agiographis: vt patz intuẽti. k Et testa altis. z agni. vitatis. Hec oia ꝓpetũt sacre scripture. s. q̃ ẽ liber vite: z testam tũ altissimi z agnitio vitatis. i. ptẽtiua h⁹ agnitiõis. l Legẽ mandauit moyses. non auctoritate ppria: sed diuina. m In p̃ceptis iusticiaꝝ. Nã aliqua p̃cepta cõtinẽt iusticiã in ordine homis ad deũ: alia vo iusticiam in ordine homis ad ꝓximũ. n Et hereditatem dñi iacob. p̃cepit eni filijs israel intrare terram ꝓmissionis sub iosue duce. o Et israel ꝓmissiões. qz nõ solũ p̃misit deus illam terram filijs israel: sed etiam multa bona alia: si fideliter ei seruirent: z sub promissione istius terre principaliter intelligebat promissio terre viuentiũ qz sicut dixi frequẽter in supioribus libris: bona tpalia

altata sum i libano: z quasi cupressus in monte syon. Quasi palma exaltata suz in cades: z q̃si platanus exaltata sũ iuxta aquã in plateis. Sicut cinnamomũ z balsamũ aromatiçãs odorem dedi. Quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris: z q̃si storax z galbanũ z vngula z gutta. Quasi libanus nõ incisus vaporatiõe meã: z q̃si balsamũ nõ mixtũ odor meus. Ego q̃si terebinth⁹ extendi ramos meos: z rami mei honoris z gr̃e. Ego q̃si vitis fructificaui suauitatẽ odoris z flores mei fructus honoris z honestatis. Ego mr̃ pulchre dilectiõis: et timoris: et agnitiõis: et sancte spei. In mẽ ois gratia vite z veritatis: in mẽ ois spes vite et virtutis. Trãsite ad me oñs q̃ ꝓcupiscitis me: et a generationibus meis iplemini. Spiritus eni mel sup mel dulc: et hereditas mea sup mel z fauũ. Memoria mea in generatõe seculoꝝ. Qui edũt me adhuc esuriẽt: et q bibũt me adhuc sitiẽt. Qui audit me nõn ꝓfundet: et q opant i me nõn peccabũt. Qui elucidãt me vitã eternã habebũt. Hec oia liber vite: et testamentũ altissimi z agnitio veritatis. Legem mãdauit moyses in p̃ceptis iusticiaꝝ: et hereditatẽ domui iacob: et isrl ꝓmissiões

nō ꝓmittunt ꝑncipaliter in ꝑmiū ꝓ opibus virtutū: q̄ sunt melioza q̄ tpalia bona. ꝑmiū aūt diuinū maⁱ est merito hoīm: et ido sub ꝓmissione bonoꝝ tpaliū semp intelligūt spūalia bona ꝑncipalit ꝓmissa: q̄ sūt tpalib⁹ melioza. p Posuit. Postq̄ actū ē de sapiētie eternali generatiōe a patre: hic ꝑnter agit de tpali generatione ex v̄gine. Et ꝑmo ponit hⁱ sapiētie dignitas: secundo sue doctrine p̄claritas: ibi Qui implet. Circa ꝑmū dicit: p Posuit. i. statuit vl̄ ꝓmisit ipe deⁱ q Dauid puero suo. i. sibi seruiēti hūiliter ⁊ deuote r Excitare. i. producere s Regē ex ipo fortissimū. qđ intelligit de xp̄o: q̄ descēdit de semine dauid: ſm carnē ꝑ v̄ginē mariā: Matth. j. Et ipe est rex fortissimⁱ: psal. xxiij Quis ē iste rex glorie: dns fortis ⁊ potēs: dns potens in ꝑlio. t In throno honoris sedētē in sempiternū. sic ꝑdixit Esaias. ix. Paruulⁱ natⁱ est nobis: ⁊ filⁱ datⁱ est nobis: ⁊ factⁱ est ꝑncipat⁹ sup humerū eⁱ: ⁊ vocabit⁹ nomē eⁱ admirabilis: ꝯsiliarius: deⁱ fortis ⁊c. sequit: Sup soliū dauid: ⁊ sup regnū eⁱ sedebit: vt cōfirmet illud et corroboret i iudicio ⁊ iustitia amō vsq̄ in sempiternū. Et gabriel loquēs marie: Luc. j. ostēdit hoc i eⁱ filio cē ꝓplētū dicēs: Hic erit magnⁱ: ⁊ filⁱ altissimi vocabit⁹: ⁊ dabit illi dns deⁱ sedē p̄ris eⁱ: ⁊ regnabit i domo iacob in eternū: ⁊ regni eⁱ nō erit finis. v Qui iplet. Hic ꝑnter describit doctrine xp̄i p̄claritas: et ꝑmo ad viuentes: secūdo ad dormiētes: ibi Penetrabo. Prīa adhuc i duas. Nā ꝑmo ponit doctrie xp̄i eminētia: secūdo eminētie causa: ibi Qui pficit. Circa ꝑmū sciēdū: q̄ ad ostēdendū affluentiā doctrie xp̄i ponit exēplū de q̄tuoꝝ fluminib⁹ paradisi: q̄ in aquis valde abūdant. Et p hec quatuoꝝ flumia intelligit fecūda xp̄i doctria i q̄ttuoꝝ euāgelijs descripta. Per cetera vo flumia ⁊ aqueductⁱ h̄ posita intelligunt doctrie apl̄oꝝ ⁊ alioꝝ sanctoꝝ a xp̄o tm̄ sicut a fonte deriuata: sic ergo dicit de xp̄o. v Qui iplet q̄si physon sapientiā. eā multiplicādo p doctrinā: sic physon effundit aquā. x Et sic tigris i diebⁿ nouoꝝ. licet eni sit magnⁱ fluuiⁱ: tm̄ in vere qđ est tempus renouatiōis terrenascentiū magis abundat aquis. y Qui adimplet q̄si euphrates sensū. s. sacre scripture: nā ante doctrinā xp̄i iudei solū vtebant sensu litterali: sz p doctrinā xp̄i apti sunt sensus mystici. s. moral: allegoricus: ⁊ anogogic⁹: isti tres fluuij dicti sūt de flumib⁹ paradisi: vt p̄z gen. ij. z Qui multiplicat. doctrinā euangelicā. a Quasi iordanis in tpe messis. tūc eni ex resolutōe niuiū iundat sup ripas aluei sui: vt habet iosue iij. b Qui mittit disciplinas sic lucē. i. clarā ⁊ abundantē: sic lux clara ē ⁊ se diffundēs p totū aerē. c Et assistēs. omib⁹ indifferēter sine psonaꝝ acceptiōe. d Quasi gyon i die vindemie. hic ē quartⁱ padisi fluuius

Posuit dauid puero suo excitare regē ex ipo fortissimū: ⁊ i throno honoris sedentē in sempiternū. Qui iplet q̄si physon sapietiā: et sicut tigris in diebⁿ nouoꝝ Qui adiplet q̄si euphrates sensū. Qui multiplicat quasi iordanis i tpe messis. Qui mittit disciplinā sicut lucē: ⁊ assistens quasi gyon i die vindemie. Qui pficit ꝑmū scire illā: et infirmioꝝ nō inuestigabit eam. A mari eni abūdabit cogitatio eius: et cōsiliū illⁱ i abysso magna Ego sapietia effudi flumina: ego quasi trames aque imense de fluuio. Ego q̄si fluuius doriⁿ: et sicut aqueductus exiui de paradiso. Dixi: Rigabo hortū meū plātationū: et inebriabo partus mei fructū. Et factus ē mihi trames abundans: et fluuius meus approꝑpiquauit ad mare. Quoniā doctrinā quasi antelucanū illūmino omibus: et enarrabo illam usq̄ i longinquū Penetrabo iferiores ptes terre: et inspiciā oēs dormientes: ⁊ illūinabo oēs sperātes in dño. Adhuc doctri-

qui licet sit aquis abūdans valde: tm̄ magis abūdat aquis vindemiaꝝ tpe. e Qui pficit. Hic ꝓnter describit abundātie dicte causa: q̄ est ex hoc q̄ patris ⁊ filij vna ē sapiētia: ꝓpter qđ sapiētia filij ē infinita in se: iccirco pōt abūdanter doctrinā influere: sic ꝯ dicit: e Qui pficit. i. pfecte facit. f Prīm⁹ scire illaz. sc̄z sapiētiā. Nā ante xp̄m sapia fuit hominibus ꝓmunicata sb̄ velaminibus ⁊ figuris i lege ⁊ ꝓphetis: sed ipe p doctrinā suā abundāter ⁊ lucide declarauit vitatē. g Et infirmioꝝ nō inuestigabit eā. hō eni purⁿ et infirmⁿ nō potuit hⁱ facere: Matth. xj. Nemo nouit filiū nisi pē neq̄ patrez q̄s nouit nisi filⁱ: ⁊ cui voluerit filⁱ reuelare. h A mari eni abūdabit cogitatio eiⁿ. i. eiⁿ noticia est abundantioꝝ mari: qz noticia xp̄i diuina ē simplicit infinita: noticia vo eius hūana ē etiā ſm q̄d infinita: inq̄tū se extendit ad omia que cognoscit deⁱ noticia visiōis: ideo subdit: i Et ꝓsiliū illⁱ i abysso magna. qz nō ē ꝓhensibile a pura creatura. Ex q̄ sequit q̄ abūdanter effundē pōt sapie dona: ꝓpter qđ subdit in eⁱ ꝑsona: k Ego sapientia effudi flumia. sapie. l Ego q̄si trames aque. i. cursus fortiⁿ: ⁊ eadē sentētia replicata pluribⁿ exēplis ad maiorē assertionē m Et sic aqueductⁱ exiui de padiso. i. a patre: in q̄ ē oīe bonū: ⁊ ois dulcedo: Joh. xvj. Exiui a p̄re ⁊ veni in mūdū. n Dixi rigabo hortū plātationū. i. hortū militātis ecclie in quo apli fuerūt plātule ꝑme: put eccl̄ia diuidit ꝯ synagogā: has vo plantulas rigauit xp̄s frequēter sua doctrina: vt p̄z in euāgelijs. o Et inebriabo ptus mei fructū. i. cetuz apl̄oꝝ ⁊ alioꝝ credentiū i die pentecostes abundāter mittēdo spūssancti donū: q̄ abūdātia ebrietatis nomie aliq̄n designat in scriptura: Cāticoꝝ. v. Inebriami charissimi. vnd et tc̄ reputati fuerūt ebrij: vt p̄z act. ij. p Et factⁱ ē mihi trames abundās. i. diffusio doctrine p p̄dicationē apl̄oꝝ: ⁊ aliorū discipuloꝝ. q Et fluuⁱ meus. i. doctrina mea. r Approꝑpiquauit ad mare. i. ad multitudinē gentiū ⁊ populoꝝ: nā mare est ꝯgregatio aquaꝝ: ⁊ apoc. xvij. dicit: Aque multe populi multi. Hāc aūt p̄dicationē iniūxit xp̄s apl̄is: Actuū. j. dicēs: Eritis mihi testes i hierusalē ⁊ i omi iudea atq̄ samaria: ⁊ vsq̄ ad vltimū terre. s Qm̄ doctrinaz q̄si antelucanū. i. auroꝝ q̄ lucet añ solē. t Illūino oēs. sine ꝑsonaꝝ acceptiōe. v Et enarrabo illā. p apostolos alios q̄ discipulos. x Usq̄ i lōginquū. i. vsq̄ ad vltimū terre: vt dictū est. y Penetrabo. Hic ponit doctrine xp̄i claritas ad defūctos. Nā aia xp̄i a corpe separata: diuinitati tm̄ ꝯiūcta descēdit ad iferos: ⁊ illūinauit p̄es illic detētos: ⁊ q̄tū ad hoc dixit: Penetrabo iferiores ptes ire. Et i fine mū dⁱ oēs mortuos suscitabit ad iudiciū: et q̄tū ad hⁱ subdit: z Et inspiciā oēs dormiētes. ⁊ qz soli iusti tūc illūinabūt lumie glie: subdit: Et illumiabo oēs sperātes in dño. iniusti vo i inferni tenebris retrudent. a Adhuc doctrinā. Hic soluit tacita q̄stio: qz scriptor huⁱ libri imediate locutus est de iudicio finali. Posset aliq̄s dubitās querere: intendis tu

hic libꝝ tuū finire. Ad qō respōdet dicēs: a Adhuc. cū dictis. b Doctrinā ꝗsi ꝓphetiā effundā. i. doctrinā certā ⁊ verā: sic est ꝓphetia: vera ē cui nulla subest falsitas: cū sit a deo reuelata: ⁊ sic ps ista ꝓtinuat ꝓcedētib⁹ seqntia. c Et relinquā illā. in scripto. d Querētib⁹ sapientiā. istis eni et nō alijs ꝓficiūt libri sapiētiales. e Et nō desinā. eos instruere p scriptū. f Usqꝫ i euū sanctū. i. seculū futurū: tūc eni cessabit omis hūana doctria: sm q scribit hiere. xxxi. Et ñ doce būt vltra vir ꝓximū suū: ⁊ vir frēz suū di. Cognoscite dñm: oēs eni cognoscēt me a mīmo eoꝝ vsqꝫ ad maximū ait dñs. g Uidete. i. ꝓsiderate vos studiosi. h Qm̄ nō soli mihi laborauī ⁊c. ꝗsi dicat: in hoc vos hortor ad ꝓsimilia faciēda. Ca. XXV.

IN trib⁹. Superius a ꝓncipio tertij capituli actū ē de exercitio vtutū: hic agit de statib⁹ quibus ꝓpetit hoc exercitiū: et diuidit in tres ptes: scōm tres stat⁹ fideliū. Naz ꝓmo agit d̄ statu actiuoꝝ: secūdo de statu platoꝝ. xxxij. ca. tertio de statu ꝓtēplatiuoꝝ ca. xxxix. Prima i duas: nā auctor ꝓmo ꝓmittit quedā ꝓambula ad ꝓpositū: secūdo ꝓsequit itentū: ibi Ois plaga. Prīa adhuc i tres ptes: qr ꝓmo ponit quedā ad statū actiuoꝝ expediētia: secūdo quedā ipediētia: vt oppositā iuxta se posita magis eluceſcāt: ibi Tres spēs. tertio quedā ꝓficiētia: ibi Noue in suspicabilia. Circa ꝓmū sciendū: q actiu⁹ hz agere cū ꝓsanguineis spēaliter: ⁊ cū ꝓximis generaliter: ⁊ cū vxore sua singulariter: ⁊ sic dicit: a Jn trib⁹ placitū est spūi meo. tanq̄ expediētib⁹ ad statū actiuoꝝ. b Que sī ꝓbata. i. approbata. c Corā deo ⁊ homib⁹. tanq̄ bona. d Cōcordia fratrū. i. ꝓsanguineoꝝ: q dicūt fratres i scriptura: Gen. xiij. Ne queso sit iurgiū inī me et te fratres eni sum⁹. hoc dixit abraam ad loth q tñ erat nepos suus. e Et amor ꝓximi. sm dñi ꝓceptū: Diliges ꝓximū tuū: sic teipm. f Et vir ⁊ mulier sibi ꝓsentiētes. in bona dom⁹ dispositiōe. g Tres spēs. Hic ꝓnter ponit tria ipediēta: qr nō cuitat malū: nisi ꝓcognitū. Tres spēs odit aia mea. q̄uis eni natura sit diligēda: vicia tñ sī odiēda. h Et aggrauor valde aie illoꝝ. i. malitie eoꝝ: q̄ grauit ē portāda. i Pauperē supbū. qr nō hz materiā supbiēdi: ſz magis se hūiliādi. k Et diuitē mēdacē. q ꝓmittit ⁊ ñ soluit: cū tñ bñ possit. l Et senem fatuū ⁊ insensatū. Et nō loquit de sene ꝓpter nature defectū delipiēte: sed ꝓpter defectū sapiētie p negligētiā ignorate: qr neglexit addiscere: ſō sequit: m Que in iuuētute tua nō ꝓgregasti. s. sapiētiā addiscēdo. n Quō i senectute tua inuenies ea. q. d. nullo mō: qr tūc sensus interior ⁊ exterior hebetat. Et p oppositū de sene sapiēte dicit: o Quā specioſū canicie iudiciū. i. iudiciū discretiōis ē valde specioſum in canicie. i. in cano capite. p Et ꝑsbyteris. qui legē debēt scire. q Cognoscē ꝓsiliū. i. habere certum bonū. r Quā ꝑciosa ⁊c. Repetitio ē eiusdē sentētie ad maiorē assertionē. s Corona senū i multa peritia. idest abundās sciētia. t Et glia illoꝝ timor dei. sine quo sciētia inflat ⁊ p quē edificat: qr timor filialis ē annexꝰ charitati. v Nouez. Hic breuiter p modū ꝓfatiōis ponūtur decē: statū actiuorū ꝓficiētia: q̄ plenī⁹ i sequētib⁹ explicant. dicit igit: v Nouē ſuspicabilia cordis. i. ō q̄z bonitate nullū cor debet dubitāe. x Magnificauī. idest magna bona reputauī. y Et decimū dicā i lingua. idest intelligibiliter ⁊ apte homib⁹ ratōne vtētib⁹. z Dō qui iocūdat i filijs viuēs. qr videt eos bñ morigeratos p doctrinā suā: hꝰ ē pmū. a Et vidēs subuersionē inimicorū. reipublice: naz p hꝰ boni ſmanēt

nām q̄si ꝓphetiā effundā: et relinquā illā q̄rentib⁹ sapiētiā: et nō desinā i ꝓgenies illoꝝ usqꝫ in euū sanctū. Uidēte q̄oniā ñ soli mihi laborauī ſz oib⁹ exqrentib⁹ veritatē. Ca. XXV.

IN tribus ꝓlacitū est spūi meo: q̄e sī ꝓbata cōra deo ⁊ hoib⁹ Cōcordia fratrū: et amor ꝓximorū: et vir ⁊ mulier sibi bñ ꝓsentiētes. Tres spēs odiuit aia mea ⁊ aggrauor valde aie illorū: Pauperē supbū: et diuitē mēdacē: et senē fatuū ⁊ insensatū. Que i iuuētute tua nō ꝓgregasti: q̄o in senectute tua inuenies: qꝫ spēcioſū canicie iudiciū: et ꝑsbyteri cognoscere ꝓsiliū. Quā spēcioſa veteranis sapia: ⁊ glioſis itellectus ⁊ ꝓsiliū. Corona senū in multa peritia: et glia illoꝝ timor dei. Nouē ſuspicabilia cordis māgnificauī: et decimū dicā i lingua homib⁹. Homo q iocūdat i filijs: viuēs: et videſ subuersionē inimicoꝝ suorū. Beatus q habitat cum muliere sensata: et q lingua sua nō est lapsus: et q ñ seruiuit idignis se. Beat⁹ qui inuenit amicū verū: et qui enarrat iusticiā auri audiēti. Quā māgnus q inuenit sapiaz et sciam: sed nō ē sup timētē dñm. Timor dei supra oia se supposuit. Beatus hō cui donatū ē hre timorē dei. Cui tenet illū: cui assimilabit: Timor dei initiū dilectōis ei⁹: fidei aūt initiū agglutinandū est ei. Omis plaga tristicia cordis est:

in quiete: hoc est secūdū. b Beat⁹ q̄ habitat cū muliere sensata. nā p hꝰ delectabiliter ⁊ sancte viuit i domo ꝓpria: hoc ē tertiū. c Et q̄ lingua sua nō ē lapsus. nā hoc ē valde pfectū: Jac. iij. Qui nō offendit i verbo hic pfectus ē vir: hoc ē quartū. d Et q̄ nō seruiuit i dignis se. i. peccatorib⁹ eis i aliq̄ malo ꝓsentiēdo: hoc est quitū. e Beat⁹ q̄ inuenit amicū verū. nā amicitia vera ē ꝑciosior quacūqꝫ re possessa: hꝰ est sextū. f Et q̄ enarrat iusticiā. tanq̄ doctor. g Auri audiēti. id homini corde retinēti: ⁊ ope adimplēti: hoc eni totū redūdat i bonū magistri: hoc ē septimū. h Quā magn⁹ q̄ inuenit sapiētiā. i. sapidā noticiā ō diuinis: hoc ē octauū. i Et sciētiā. i. noticiā inferioꝝ: p quā recte diriḡit in hūanis: hoc ē nonū. k Sed nō ē sup timentē dñm. q. d. timor dei filialis ē maꝰ bonū: ſō subdit: l Timor dñi sup oia se supposuit. qr alia ꝑdicta excellit: ⁊ hoc ē decimū: de q̄ adhuc subdit: m Beat⁹ ⁊c. in spe: etsi nō ad huc i re. n Qui tenet illū. firmit⁹ vsqꝫ in finē. o Cui assimilabit. q. d. similis ei raro inuenit p Timor dñi initiū dilectiōis ei⁹. nā timor filialis refugit sepationē a deo: ⁊ p ꝑs est initiū maioris vniōis cū ipo p augmētū charitatis. q Fidei aūt initiū agglutinādū est ei. s. timori: qr timor subiḡit hoiem deo. Et silr fides: qr captiuat intellectū in dei obsequiū. r Ois plaga. Premissis ꝓambul⁹: h ꝓnter auctor ꝓsequit intentū ō statu actiuoꝝ: ad quē sic dictū ē spectat ꝓmunicatio cū vxore: ꝓximis ⁊ ꝓsanguineis: inī quos ꝓcipue tenet primum locum: ideo primo agit de vxore: secūdo de ꝓximis: ca⁹. xxvij. tio ō filijs: ca⁹. xxviij. quarto de

vnde subditur: a Leuite q̄ ministrant domui. i. templo b Ipsi possidebūt. xx. gaçophylacia. in sua portione construēda: vt exponūt alij. Videt aūt mihi q̄ melius exponi tur de. xxx. gaçophylacijs existentibus i atrio exteriori: quorum. xx. deputantur h leuitis p tpe sue mīstrationis. vnde ꝛ premittitur: Leuite qui mīstrant domui ñe. c Et possessionem ñe. hic ꝓnter describit portio ciuitatū dī: Et possessiōem ciuitatis. i. p loco ad ciuitatez edificādam: ꝛ p seruientibus ciuitatī: vt habetur infra .c. xlvij. d Quiqz milia latitudis ñe. hoc pz ex premissis ꝛ figura. e Scōz sepationē sanctuarij. i. sic portio sacerdotuz in qua est scūarīū hz xxv. milia calamoꝝ i longitudie: sic ꝛ ista. f Omni do. isrl. q̄i diceret: portio ista cedit i bonū totī populi isrl. g Principi q̄ qz. hic ꝓnter describit portio principis cū dī: Principi quoqz hinc ꝛ inde. i. ad orientalē ꝛ occidentalem ptem trium portionū pdcārum: supple debitis portionē: iō subdit: h In sepationē sanctuarij. i. iuxta portionē sacerdotū ꝛ leuitaꝝ scūario deseruientiū. i Et i possessionē ciuitatis. i. iuxta possessionē ciuitatis. k Et contra faciē. facies h nolat latus occidentale trium portionum pdcāꝝ. s. portionis sacerdotū: ꝛ portōis leuitaꝝ que nomie scūarij intelligunt cū dī sepatōis sanctuarij: nā iste due portiones distincte sūt ab alijs p mīstris scūarij: ꝛ portionis vrbis: iō sbdit: Et ꝓ faciē ñe. l A latere maris. i. a latere occidentali triū portionū pdcāꝝ. m Usqz ad mare. quod est terminus occidentalis totius terre: supple erit de possessione ꝓncipis. n Et a laĕ orientis. i. a latere orientali triuz dcāꝝ portionū. o Usqz ad orientē. i. vsqz ad terminum orientalem totī ire: erit siliter de pricipis portōe. p Longitudis aūt. s. portōis principis. q Juxta vnāquāqz partium. i iclusis tribus portionibus dcis. r A termio occidentali. totius ire. s Usqz ad ⁊minū orientalē. similiter totī terre: ꝛ hec patent i figura: ꝛ subdit causa portiōis principis cū dī: t Et nō depopulabunt vltra ñe. i. ꝓncipes nō spoliabunt pplm bonis suis ꝛ hereditate sua: sz erūt ꝓtenti portione ppria: iō subdit: v Sufficiat vo. principes isrl. supple portio vestra. x Iniqtatem ꝛ rapinas intermitte. alit nō eēnt ꝓncipes sed tyrāni. y Et iudicium ꝛ iusti. facite i populo. ad hoc. n. tenent ex officio suo. z Separate ꝑsi. ve. a pplo meo. i. nō transcendatis limites possessiōis vestre alioꝝ hereditatem defalcando. a Statera iusta. Inchoata diuisione ire: hic iterponunt quedaz incidētia añ q̄ dca diuisio ⁊mineť. Primū ē de legalibus mēsuris q̄bus vti dz pplis cū dī: a Statera iusta. que ē instrumētū ponderandi: ꝛ iō dz eē iusta. b Et ephi iustū. est aūt ephi mē

ꝛ decē milia latitudis ꝑ erūt. Leuite q̄ mīstrant domui ipsi possidebūt vigiti gaço phylacia. Et possessionem ciuitatis dabitis quīnqz milia latitudis: ꝛ lōgitudinis vigintiqnqz milia sm sepationē sanctuarij ꝑ oī domui isrl. Principi quoqz hinc et inde i sepationē sanctuarij et i possessionē ciuitatis: et ꝓ faciē sepationis sactuarij ꝛ ꝓ faciem possessionis vrbis ꝑ a latere maris usqz ad mare: et a latere oriētis usqz ad orientem. Lōgitudinis autē iuxta vnāquāqz partē a termino occidentali usqz ad terminū orientalem de terra erit ei possessio in isrl. Et nō depopulabūt ultra ꝓncipes populuz meū: sed terram dabunt domui isrl sm trib⁹ eoꝝ. Hec dic dns deus: Sufficiat vobis principes isrl: iniquitatē ꝛ rapinas intermittite: et iudiciuz ꝛ iustitiā facite. Separate ꝑsinia vīa a pplo meo ait dns deus: Statera iusta et ephi iustū ꝛ batus iust⁹ erit vob. Ephi et batus eqlia ꝛ vn⁹ mīsure erit: ut capiat decimā ptē chori bat⁹: ꝛ decimam ptez chori ephi. Juxta mēsuraz chori erit eq̄ libratio eoꝝ. Siclus aūt viginti obolos hz. Dozo viginti sicli ꝛ vigitiqnqz sicli ꝛ qndeci mnaz faciūt. Et hec sūt primitie: qs tolletis sextā ptez ephi ō chozo frumēti ꝛ sextā ptē ephi ō chozo hordei Mēsurā quoqz olei Batus olei: decia ps chori est: qz decē bati iplēt choꝝ. Et arietē vnū de grege ducēto ruz: de bis que nutriuit isrl

sura aridoꝝ: vt hordei tritici farine: ꝛ similiū. c Et batus. qui ē mēsura liq̄doꝝ: ꝛ vini olei ꝛ similium. d Equalia ꝛ vn⁹ mēsure erūt. i. eqliter capiunt ephi in aridis: ꝛ batus i liq̄dis: ꝛ q̄tum capiūt determiate sūdit: e Ut capiat decimā ptem chori batus. Est autē chorus nomē mēsure in liquidis ꝛ aridis: sicut apud nos hoc nomen sextarius: dicim⁹. n. sextarium vini ꝛ sextariū bladi. Et capit chorus. xxx modios: ꝛ per cōseqns batus q̄ est decima ps chori ptinet tres modios in liq̄dis: ꝛ siliter ephi in aridis Isti tamē modij sūt parui. probabile. n. ē q̄ scriptura loq̄tur h sic in alijs libris veteris testamenti. Ruth vo. iij. c. dī: q̄ ipa portauit sex modios hordei sim̄l ꝛ semel ō area boꝝ vsqz ad domū socr⁹ sue. Et q̄m moneta ē mediū ꝛ mēsura rez venaliū: iō de ei⁹ q̄titate subditur: f Siclus autē. genus est monete f Uigīti obo. hē bit: sic determiatur i exodo ꝛ leui. g Dozo. xx. sicli ꝛ. xxv. sicli: ꝛ. xv. sicli. qui faciunt. lx. siclos simul iuncti h Mnam faciunt. qō ē genus portionis monete. Dicūt aūt alij q̄ diligtius viderūt dcā isidori ꝛ papie de monetis: q̄ obolus tm̄ valet de argento: q̄tū vn⁹ paru⁹ turonensis: ꝛ sm hoc siclus valet vigiti turonēses puos Mna vero. c. solidos turonēsium paruoꝝ. Sed melius vī dicendū: q̄ valoz istoꝝ ē nobis incertus: qz valoz monetarum mutat: nō solum sm differentiam materie: vt auri argenti ꝛ similiū: sed et sm varietates terrarum. i Et he sunt primitie. Hic ponit 2ᵐ incidens. s. de primitijs sūmo sacerdoti reddendis. Et diuidit in duas: qz primo describitur primitiarū redditio: 2° redditiōis rō ibi in sacrificium. Circa ꝑmum sciendū q̄ licet in lege precipiantur sibi dari primitie: tamē ibi nō determinat quota pars debeat dari: hic aūt determinatur ne sacerdotes ex cupiditate plus exigant: ꝛ populus ex auaricia ꝛ indeuotione det minus. Et hoc est qō dī: i He sūt primitie quas tolletis. i. separabitis ab eo qō remanebit vobis. l Sextā partē ephi de chozo frumēti. ꝛ hec ē sexagesima pars chozi: ꝛ eodē modo dicendū est ō alijs aridis: ꝛ similiter de rebus liquidis: ideo subditur: k Mensura quoqz olei: batus olei ñe. ꝛ patet ex dcis littera vsqz ibi: l Et arietem vnum. vbi taxatur q̄ta primitiarum de animalibus cum dicitur: Et arietem vnum de grege ducentorum. ideſt de ducentis arietibus dandus est vnus summo sacerdoti pro primitijs. m De his que nutriuit israel. ideſt similis portio

datur de alijs aialibus nutritis a filijs ysrl. Si aũt quaꝛ quare mioꝛ poꝛtio daꝫ de aialibus. s. ducenteſima: quã de terrenaſcẽtibus: de quibuſ daꝫ ſexageſima: rñdeꝛi põt q nutritio aialium fit cũ maioꝛib' laboꝛib' curis ꝛ ſumptibus: ꝛ iõ maioꝛ ps dꝫ mãere nutritoꝛib' aialium q̃ cultoꝛibus terrenaſcentium.

a In ſacrificiũ. Hic ponit rõ reddituꝝ ois pmitiaruꝫ .s. vt pꝛiceps ſacerdotũ de ipſis offerat deo: p ſe ꝛ p ppło. Et diuidit i tres ptes: nã pꝛio agit de oblatõe pꝛincipiſ i ſpualib' 2° huius occaſiõe de oblatõe pꝛincipiſ in tẽpoꝛalibuſ ſeq̃nti. c. 3° de iugi ſacrificij obſeruationibus ſe. c. ibi: Et agnũ. Prima adhuc in duaſ: qꝛ pꝛio deſcribit hec oblatio i generali: 2° magis i ſpali ibi hec dic. Circa primum dicitur:

a In ſacrificiũ rẽ. q. d. ad h° daꝫ primitie predicte vt inde fiat ſacrificiũ qõ ptim cõburit ad honoꝛez dei: ꝛ parti comedit a ſacerdotib'.

b Et in pacifica. hoſtie vero pacifice vna ps ꝓburit: ꝛ alia a ſacerdotibus comedit ita ab offerẽtib'

c Ad expiãdũ p eiſ. i. p filijs iſrl

o Dis poſſeſſoꝛibus terre tenebit primitijs his. ſoluẽdis.

e Principi i iſrl. i. ſũmo ſacerdoti qui ẽ pꝛiceps in ſpualibus.

f Et ſup principẽ erũt holocauſta. dꝫ. n. ea facere de his que accipit a ppło.

g Et libamia. q̃ ſunt oblatões de liquidis: vt vino ꝛ oleo.

h In ſolẽni. que ſemel fiunt i anno: vt paſche ꝛ pẽthecoſtes: ꝛ tabernaculoꝝ.

i Et in calẽdis. i. neomenijs que fiunt in pꝛincipio cuiuſlibet lunatõis.

k Et i ſabbatis. que fiunt in qualibet hebdomada. Cetera patent.

l Hec dic. Hic ꝓnter deſcribitur oblatio pꝛincipis ſacerdotũ magis in ſpali. Et pꝛio deſcribit eius oblatio ſienda menſe primo: 2° ſienda menſe ſeptimo: ibi Septimo mẽſe. Circa primũ dr:

m In primo mẽſe. qui incipit apud hebꝛeos a pꝛia lunatione ꝓpinquoꝛi equinoctio vernali: ſiue ſit ante ſiue poſt: ſiue ſit in ipſo equinoctio: ſicut diffuſius fuit dcm exodi. xij.

n Una menſis. i. pma die menſis: ſicut geñ. j. dr: Factum eſt veſpere ꝛ mane dies vnus. i. primus.

o Sumes vitulum. i. ſumendũ a ſũmo ſacerdote deſcribeſ: ideo ſubditur:

in ſacrificiũ ꝛ i holocauſtũ et in pacifica ad expiandũ p eis ait dñs deus. Omis populus terre tenebit pmitijs his pncipi i iſrael. et ſuper pncipẽ erit holocauſta ꝛ ſacrificiũ et libamia in ſõlẽnitatibus et in calẽdis et i ſabbatis: in vniuerſis ſolẽnitatibus domus iſrl. Ipſe faciet p pcco ſacrificium et holocauſtuꝫ ꝛ pacifica ad expianduꝫ p domo iſrael. Hec dic dñs deus. In primõ mẽſe vnã mẽſis: ſumes vitulũ de armẽto imaculatũ: ꝛ expiabis ſanctuariuꝫ: Et tollet ſacerdos ò ſãguie qõ erit p peccato:] et põet i poſtibus domus: et in qtuoꝛ angulis crepidis altaris: ꝛ i poſtibus porte atrii interioꝛis. Et ſic faciẽs in ſẽptima mẽſis pro vnoquoq̃ qui ignoꝛauit ꝛ errore deceptus eſt: ꝛ expiabis p domo. In pmõ mẽſe quartadecima die mẽſis erit vobis paſche ſolemnitas. Septẽ diebus açia comedent Et faciet pnceps in die illa p ſe ꝛ pro vniuerſo poplo terre: vitulũ p peccato: et i ſeptẽ diex ſolẽnitate faciet holocauſtũ dño ſeptẽ vitulos ꝛ ſeptẽ arietes immaculatos quotidie ſeptẽ dieb': ꝛ p peccato hircũ capꝛaꝝ ꝛ ſacrificiuꝫ ephi p vitulũ: ꝛ ephi p arietẽ faciet: et olei hyn per ſingula ephi. Septimõ mẽſe qntadecia die mẽſis in ſolẽnitate faciet: ſicut ſupꝛadicta ſũt p ſeptem dies tã, p peccato q̃ꝫ p holocauſto ꝛ in ſacrificio ꝛ in oleo. Capi. xlvi.

Hec dic dñs de': Porta atrij interioꝛis: q̃ reſpicit ad oꝛiẽtẽ erit clauſa ſex diebus: in qbus opus fit. Die ãt ſabbati apperietur: Sꝫ in die calẽdarũ aperiet et itrabit pꝛinceps p viã veſtibuli porte deforis: et ſtabit in limie porte. Et faciẽt ſacerdotes holocauſtũ ei° ꝛ pacifica e': et adoꝛabit ſuper limẽ porte: et egrediet. Portã aũt ñ claudet vſq̃ ad veſperam. Et adoꝛabit populus terre ad oſtium porte illius in ſabbatis ꝛ i calendis coꝛam domino.

p Et tollet ſacerdos de ſanguine rẽ.]. i. de ſanguine aial oblati p peccato.

q Et ponet i poſtibus domus. i. tẽpli.

r Et in quattuoꝛ angulis rẽ. iſta loca ſunt ſuperius ꝺſcripta.

s Et ſic facies. i. faciendũ deſcribes.

t In ſeptia menſis rẽ. ſicut dcm eſt de pꝛima. Et iſta duo ſacrificia non ſunt in lege poſita: ſꝫ iſtud q̃ ſequit ibi ponit.

v In pꝛio mẽſe. xiij. die mẽſis.

a vespera. n. huius diei incipit apud hebꝛeos ſolẽnitas paſchal: vt hꝫ exodi. xij. ꝛ. xiij.

x Et faciet pꝛinceps. .i. offeret.

y Vitulũ p pecca. ſuo ꝛ ppli

z Et in ſeptẽ dieꝝ ſolẽnitate. i. in ſolemnitate paſchali q̃ durat per ſeptem dies.

a Faciet holocau. .i. offeret.

b Et olei hyn. genuſ eſt menſure: ꝛ eſt itta parſ bathi: cuius q̃titas ẽ ſuperiuſ deſcripta eodẽ .c.

c Per ſingula ephi. ſimile: q̃ eſt farina de tritico delicatiſſima. Ad hoc. n. offerebatur oleũ: vt cum iſta farina miſceretur

d Septimo mẽſe. Hic ponit oblatio fiẽda mẽſe ſeptimo ò ſũptibus ſũmi ſacerdotis cũ dr: e Xv. die mẽſis rẽ. tunc enim a veſpa pꝛecedẽtis diei incipiebat ſolẽnitas tabernaculoꝝ: ꝛ durabat per ſeptem dies i quibus fiebãt ſimiles oblationes ſicut in ſolẽnitate paſchali ꝓdictum eſt: ꝛ ſic fm hoc patet littera.

Capitulũ. xlvi.

a Hec dic dñs deus. Poſtq̃ deſcripta eſt oblatio pꝛicipis in ſpualibus: hic ꝓnter deſcribit oblatio pꝛicipis in tempoꝛalibus. Et diuiditur in duas ptes. Nam circa oblationẽ pꝛincipis primo deſcribitur modꝰ veniendi: 2° actus offerendi: ibi Holocauſtum aũt. Circa pmũ dr:

b Porta atrij interioꝛis rẽ. ꝛ pꝛ lra ex pꝛedictis vſq̃ ibi:

c Et intrabit pꝛinceps per viam veſtibuli. i. poꝛticũ porte deforis: tota enim porta illa eſt extra atrium interius: vt ſupꝛa deſcriptum eſt.

d Et ſtabit i limie porte. ita q̃ nõ itrabit atriũ iterius.

e Et faciet. ſacerdotes. i. offerent.

f Et adoꝛabit. ipſe pꝛinceps.

g Et egredietur p eãdẽ viaꝫ p quã venit fcã pꝛius oꝛone.

h Porta aũt nõ claudetur vſq̃ ad veſperã. ꝛ ſbdit rõ cũ dr:

i Et adoꝛabit ppls ire rẽ. Ex quo pꝛ illud q̃ dcm eſt. ſ. xliij. c. q̃ hec porta aperiet pꝛincipi ad offerendũ ꝛ comedendũ: ſed ad eam admittitur populus ad oꝛandum in ſabbatis ꝛ calendis.

k Holocauſtum. Hic cõſequenter deſcribitur actus offerendi: ꝛ primo q̃tum ad oblationem obligatoꝛiam. Secundo quãtuꝫ ad

voluntariā ibi: Cū aūt fecerit ꝓnceps ſpontaneū: circa pri-
mū dī: i Holocauſtū aūt. qō totū icendit ad honorē di
uinū. k Sex agnos imaculatos. i. ſine defectu alicui⁹ mē
bri: nā macula nō accipit ꝟ ꝓ pell' varietate: ſz ꝓ alicui⁹ mē
bri defectibilitate. l Et ſacrificiū ephi p arietē. i. cū arie-
te offeret ephi ſimile.
m In agnis āt cē.
. i. cū ſex agnis dcīs of
feret de ſimila q̄tū ſi-
bi vīdit. ſ. vnū ephi
aut plura: ita tam vt
q̄t ephi ſimile offeret
tot hyn olei offerz ad
ꝓmiſcendū cū ſimila
Conſeq̄nt agit de ob-
latione p̄cipis i calē
dis cū dī: n In die
aūt calendaꝝ cē. ꝛ ex
dcis pz lr̄a vſq; ibi:
o Et arietes. ſ. duo-
os. In heb. nanq; no
mē plurale ſine addi-
tiōe poſitū ſignat bi-
nariū. Cetera patent
ex dictis vſq; ibi:
p Cū q; ingreſſur⁹
eſt ꝓnceps. vbi deſcri-
bit differentia iter ꝓn
cipem ꝛ ppm: in mo
do veniēdi ad oīonez
ꝛ redeundi: ꝛ pz litte-
ra vſq; ibi: q Pri
ceps aūt in me. eoꝝ.
nā via porte oriental'
p quaz igredit ꝛ egre-
ditur p̄ceps media ē
inter viā porte aq̄lōa
ris: ꝛ viam porte au-
ſtral'. r Cū igredi-
entibus ingrediet cē.
. i. ſimul tpe: nā igreſ-
ſus eius ꝛ egreſſus nō
impediūt ingreſſuz ꝛ
egreſſū ppli: eo q; ſūt
per diuerſas vias.

Holocaustum aūt offeret ꝓnceps dño in die ſabbati ſex agnos immaculatos ꝛ arietē imaculatuz: et ſacrifi ciū ephi p arietē. In agnis āt ſacrificiū: qō dederit ma nus ei⁹: ꝛ olei hyn p ſingu la ephi. In die aūt calēda rū vitulū de armēto imacu latū: ꝛ ſex agni et arietes im maculati erūt: ꝛ ephi p vi tulū: ephi q̄q; p arietez fa ciet ſacrificiū. Be agnis āt ſicut iuenerit manus eius: olei hyn p ſigla ephi. Cūm q; ingreſſurus ē ꝓnceps per viā veſtibuli porte igredia tur: ꝛ p eandē viam exeat. Et cū intrabit ppls terre i ꝓſpectu dñi i ſolēnitatibus q ingredit p portā aqlonis vt adorēt: egrediat p viam porte meridiane. Porro q ingredit p viā porte meridia ne: egrediat p viā porte aq̄ lonis. Nō reuertet p viam porte per quā ingreſſus ē: ſz e regione illi⁹ egredietur Princeps aūt i medio eo-
rū cū ingredientibus ingre diet: ꝛ cū egredientib⁹ egre dietur: et in nūdinis ꝛ in ſo lēniatibus erit ſacrificiū ephi per vitulū: ꝛ ephi per arietem. In agnis aūt erit ſacrificiū: ſicut iuenerit ma nus eius: ꝛ olei per ſingula ephi. Cūm aūt fecerit prin ceps ſpontaneū holocau ſtum: aut pacifica volunta ria dño apiet ei porta: q̄ re ſpicitad orientem: et faciet holocauſtū ſuū: ꝛ pacifica ſua: ſicut fieri ſolent in die ſabbati: et egrediet claude turq; porta poſtq; exierit. Et agnū eiuſdē anni imma culatū faciet holocauſtum quotidie dño. Sēmp mane faciet illud. Et faciet ſacrifi ciū ſup eo cātamane mane ſextāz ptem ephi: ꝛ de oleo ttiam ptem hyn: vt miſceat ſimile. Sacrificiū dño legi timū: iuge atq; ꝑpetuū. Fa ciet agnum et ſacrificium ꝛ oleum catamane: mane holocauſtum ſempiternuz

termiat offerēti mā̃a: ꝛ ió ſic offerre ē i eius volūtate: ita vī de aiali. ſ. q; offerat quod placet ſibi: dū tamen ſit aial imolaticiū. Plura vero aialia ſunt imolaticia ꝓter agnū: ſic hircus: bos: capra: ꝛ plura alia aialia. Scōz ē: q; ſacrificiū ſpōtaneū pōt interrūpi ꝛ omnino p̄eimit-
ti: de iſto vero dī q; fiat quotidie: ꝛ q; ē ſacrificiū do mio legittimū iu ge atq; ꝑpetuum Et ió dico ſic di uidēdo ſupra di xi: q; p' oblatōem ſacerdoti ſūmi ꝛ p̄cipis ppli: hic ꝓpt agit de obla tōe iugi ſacrificij q̄ i lege p̄cipit om ni die fieri: ꝛ b° ē qō dī: c Et a gnū eiuſdē āni. i. natū eodē āno q̄ ſumit ad imolan dū. d Faciet. ſ. ſacerdos hebdo madari⁹ e Ho locauſtū domio. . i. totū icēſum ad honorē diuinuz: et dī ab holō gre ce qō ē totū latie: cauma qō ē incē diū. f Quoti die. qz nulla dies poſſet trāſiri abſq; oblatiōe iugis ſacrificij. g Sē per ma. fa. illō. qz nullū ſacrificium poſſet fieri añ illō b Et fa. ſacri. ſup eo. i. cū eo: vl ꝓpter ad ipſum. i Catamane. ē āt cata p̄poſitō greca: ꝛ aliq̄ accipit ꝓ trās: vt catagrapho. i. trāſcribo aliq̄ ꝓ p: vt catantiphraſim. i. p antiphraſim: ꝛ hoc mō accipit ꝟ catamane. i. p mane. k Sextā partem ephi. ſ. ſimile. Cetā patēt ex dcīs. l Faci. agnū cē. ſpe titio eſt eiuſdē ſnie ad maiorē aſſertionē. Notādū autē ꝟ q; iuge ſacrificiū veteris legis p̄cipit fieri bis in die. ſ. veſpe ꝛ mane: vt pz i exodo. Et i leuitico nō fit mētio niſi de māne. Et p hoc inuit q; hec ꝓphia loq̄ns de futuro: lo q̄t p̄cipalit de iugi ſacrificio noue legis. ſ. eucariſtia: in quo offert quotidie agnus imaculatus ieſus xp̄s: nec of ferī i veſpe: qz tunc nō celebrat miſſa niſi ex aliq̄ neceſſi tate: vt i ordinibus: ꝛ potiſſime ſabbato ſancto pp. ꝓtra ctionē officij ꝛ alioꝝ agendoꝝ trāſit hora nona añ con ſecrationē hoſtie. Et ſimilit i natali dñi celebrat miſſa ō nocte: eo q; tūc dñs fuit natus de virgie. Sz ꝫ iſtud dcz vī eē qō dī. s. Agnū eiuſdē anni cē. xp̄s aūt nō fuit im molatus p̄io anno quo fuit natus. Ad qō dicenduz q; veritas hebraica nō habet: eiuſdē anni: ſed ſic hz: Agnū anni ſui. Omnis aūt annus eſt ipius xp̄i ſic ꝛ omne tp̄s hebreorum. xiij. Jeſus chriſtus heri ꝛ hodie ipſe ꝛ in ſecula. maxime tempus gratie: cuius anni dicuntur

anni xpi. a Hec dic. hic ponit 3m incidens qđ est de donationibus ꝑncipis: qz si dederit portionē sue hereditatis vni de filijs suis remanebit illi filio z heredibus suis: si aūt det alteri durabit donatio vsqz ad annū iubileum z nō vltra. De possessionibus vō ppli sibi subiecti nō potit accipe z filiis suis dare. Et his dicit pz lra cū dī: Si dederit ꝑn ceps zc. b Et introduxit me zc hic pōit q̄rtū icidens quod ē ō cōfnis: z ꝓio de cōfnis ꝑ sacerdotibus cū dī: Et itroduxit me. s. angelus apparēs i specie viri. c Per ingressū q̄ erat in late pōte zc. sic supra descriptum ē cū ageret de gazophylacijs australibus z aq̄lonarib⁹ habitāt̄ sacerdotuz deputatis. d Et erat ibi locus vergēs ad occidētē. i q̄ erāt cōfne ꝑ sacerdotibus: iō subditur:

Hec dicit dominus deus: Si dederit ꝓceps domū alicui de filijs suis: hereditas eius filiorum suoꝝ erit: possidebunt eam hereditarie. Si aūt dederit legatum de hereditate sua vni suorum suoꝝ: erit illius vsque ad annū remissionis: z reuertet ad ꝑncipez. Hereditas aūt eius filijs eius erit. Et nō accipiet ꝓnceps ō hereditate populi per violentiam: z de possessiōe eorum: sed de possessione sua hereditatē dabit filijs suis: vt nō dispergatur ppls meus vnusquisqz a possessiōe sua. Et introduxit pēr igressū: q erat ex latere porte in gazophylacia scūarij ad sacerdotes: q respiciebāt ad aq̄lonem: z erat ibi locus vergens ad occidentem: et dixit ad me: Iste est locus ubi coquent sacerdotes ꝑ peccato z ꝓ delicto: vbi coquent sacrificium: ut nō efferant in atriū exterius: et sanctificet populus: et eduxit me in atriū exteri⁹: z circūduxit me p quattuor angulos atrij. Et ecce atriolū erat in angulo atrij: atriola singula per angulos atrij. In quattuor angulis atrij atriola disposita: quadrāgita cubitorum per longum z triginta per latum. Mēsure vni⁹ quattuor erāt. Et pies p circuitū ambiēs q̄tuor atriola: et culine fabricate erāt subtēr pōtic⁹ pēr gyrū. Et dixit ad me: Hec est dom⁹ culinaꝝ: i q̄ coq̄nt mistri dom⁹ dñi victimas ppli.

e Ubi coquēt sacerdotes p peccato z p delicto. Istoꝝ. n. sacrificiorum vna ps erat dñi. s. adeps: q̄ in altari holocaustoꝝ cōburebatur: z sāguis qui ad crepidinez effundebat: carnes vero cedūt in vsū sacerdotū: iō sancte dicuntur. f Ut nō efferant i atrium exteriꝰ. i. ad loca vbi admittunt laici. g Et sanctificet populus. i. tangat rem sanctam: vel cōicet cū sanctis. i. sacerdotibus quod nō debet facere: z sic sāctificetur magis ħ accipit ꝑ oppositū. Consequēter agit de coq̄nis ꝓio populari⁹ cū dī: h Et eduxit me i atri. exterius. cuius figura descripta est superius. i Et ecce atriolū zc. i. quoddā spaciū quadratum erat in quolibet angulo exteriorꝭ atrij: ita q̄ murus medius cigēs atrium exterius claudebat quodlibet atriolū i duobus lateribus: z murus bassus alia duo latera opposita. k Xl. cubitoꝝ per longū: z. xxx. per latum. Et iō ista atriola quadrata sūt nō equilatera: sicut atrium interi⁹ describit equilaterū: z murus exterior totius edificij vt patuit ex ꝑcedentibus. Sz de muro medio cigēte atriuz exterius: nō ħ aliqua certitudo ex textu: nec ponūt hebrei ipz equilaterū. l Et culine. i. coq̄ne ſm latinos: ſm hebreos vo culine sūt fornelli sup quos ponunt caldarie: z de subtus ignis: z sic in idē redit. m Subt pōticus. s. atrij interioris: nam pontic⁹ iste sūt fabricate in supiori pte atrij exterioris: iste vero culine in inferiori eius pte. n Per gyrū. i. in q̄ttuor angul: ex quo vī q̄ expositores latini ponētes istas culinas in laterib⁹ pontici⁹ male dicūt: sic. n. ponunt in equali situ montis cū pontic⁹: ħ aūt dicunt exp̄esse eē subter pontic⁹. Itē thalami pontic⁹ orientalium ſm descriptionem eoꝝ lume habere nō possunt: sicut z ipīmet cōcedūt: nisi ex illa parte in qua ſm eos ponunt coq̄ne: z sic si sup coquinas sit edificiū dicti thalami nullo modo lumē habere possunt Si aūt dicat q̄ sint sub diuo: tū sum⁹ z scto⁹ ascēdētes de coq̄nis: reddūt hitationē thalamoꝝ ineptā: pp qđ dicendū q̄ coq̄ne siue culine ponēde sūt i atriol⁹: pp qđ immediate p⁹ ato la loq̄t de coq̄nis: qđ ēt exp̄imit cū sđit: o Hec ē do. i. locus p Culinaꝝ in q̄ co. mini. do. dñi. i. leuite ad h⁹ dispositi z instituti. q Ulcti. po. i. illā ptē victimaꝝ pacificaꝝ: q̄ cedit i vsū ofērētiū: ps aūt q̄ cedebat i vsū sacerdotuz cogbat i gaꝛophylacijs sacerdotū: vt. s. dēz ē. In. c. xlvj. vbi dī i postil. Et agnum Istā lra ꝓtinuat hieronym⁹. Additio

Hoc sacrificiū de q̄ ħ fit mētio nō pōt expōi ō iugi sacrificio ō q̄ agit numeri. xxviij Nā ibi ꝓcipit cū eo offerri decia ps ephi simile: ħ aūt sexta ps ephi: ibi ēt q̄rta hyn olei: ħ vero itia: ibi ēt ꝓcipit fieri cū eo libamē q̄rta ps hyn: ħ vo nulla fit mētio ō libamine vini. Constat āt q̄ ezechiel nō poterat mutare ea que ꝑcepta erant i lege mosaica: ꝑserti i sacrificijs: vnde. ij. pal. viij. Tūc obtulit salomon holocausta dño super altare dñi qđ extruxerat ante porticū: vt p singlos dies offeret in ea iuxta ꝑceptū moysi. vnde expositio hieronymi va est. s. q̄ hoc sacrificiū ē aliud ab illo iugi sacrificio de quo. ē. numeri. xxviij. c. ꝑdicto: sicut ēt in sabbatis z calendis determiauerat sacrificia ꝑ ꝓcipē offerēda alia a sacrificijs sabbatoꝝ z calendaꝝ: q̄ numeri ꝑdcō. c. ꝓcipiuntur. Ad ꝑmū aūt qđ obꝭcit postillator dicendū q̄ hec oblatio est simpliciter spontanea: poterat. n. ꝓceps eam prętermittere sine peccato: sed si eam voluisset facere determinat sibi materia z tempus: que quidē determiatio nō tollit spontaneitatem cū in eius libera volūtate licitū fuerat ei facere et nō facere. Ad 2m dicendū q̄ istud sacrificiū poterat oīo prętermitti: qz multa de istis que tradunt ab ezechiele nō ponebant necessitatem ꝑcepti ꝓout infra deo dante dicet: sz istō sacrificiū nō poterat interrūpi: naz si ꝓnceps acceptasz spōtanee hoc facere: tenebat quotidie cōtinuare. Et pp hoc dī de eo q̄ fiat quotidie. s. acceptante ꝓncipe. Replica.

En. c. xlvj. vbi dī: Et agnū eiusdē anni zc. qđ beat⁹ hieronymus exponit de materia oblationis ꝓncipū: postillator aūt de oblatione sacerdotis: que dicit iuge sacrificium: burgēsis aūt ꝑ beato hieronymo dicit postillatoris expositionē stare nō posse: quia numeri. xxviij. auctoritate dei ponitur forma quātitas z qualitas offerendoꝝ in iugi sacrificio: constat aūt ezechielē legē mosaicā nō posse mutare. Ad qđ respōdeo: q̄ ꝑcepta ħ data nō sunt ezechiel sz dei cui⁹ est condere legem z interꝑtari: ſm quantitatem z qualitatem: imo ſm substantiam sacrificiorum:

vt ꝑ̄z xp̄o totalīt̄ ceremonialia auferente ⁊ legem i mīt̄is mutante. nec valet expositio quā burgensis i adiutoriū sue opinionis assumit: qz cū de hoc sacrificio dr̄ in lr̄a ꝙ debeat fieri quotidie ⁊ semper mane: burgensis expōit. i. ꝑncipe acceptante quasi a ꝑncipiſ voluntate debeat ⁊ oporteat dn̄i p̄ceptū ⁊ eius executio dr̄pēdere: qd̄ falsū videt qz si ꝑnceps nō acceptauerit interrūpit: ⁊ nō fit quotidie semp mane: ⁊ ita nō meret dici iuge legitimuz ⁊ sempiternū: q̄ oia de hoc sacrificio dicūt i lr̄a: nec bene respōdet burgēsis rōnibus positil. non ꝑtie: qz videt ꝙ nō fuit illa oblatio ſpōtanea. Nā iuge legitimū ⁊ sempiternū nō pōt dici ſpōtaneū Et sic fingit burgēsis illud qd̄ dic̄ ad ſcōaz rōnez: ꝙ videlicz posſit interrūpi: qz tūc ñ eēt semper mane iuge ⁊ ceia: q̄ in lr̄a dicunt de hoc sacrificio: burgensis aūt vsqz ad fīnē huius libri aliq̄ dicit valde dubia: ſz nō ꝓbat: ⁊ qz nō sunt directe ꝺ̄ positil. nō ē ꝓpositi negocī̄ circa ea amplius immorari. Sequitur. Cap. XLVII.

ET cōuertit me. Hic ponit ꝯntū incidens qd̄ est de aquis egrediētibus de templo. Et diuidit in tres ptes: nam ꝑmo describitur earū ortus: 2° progressus: ibi Et cōuertit me. 3° ornat⁹ ⁊ effect⁹: ibi Et dixit ad me Circa ꝑimū dr̄: a Et ꝙuertit me ad portaz domus. i. tēpli. b Et ecce aque egrediebant. ꝑ modū fonticuli scaturientis. c Subter limen domus ad orientē. i. fluentes in de ad orientē. d Facies. n. domus. i. ostium templi. Dicūt aūt expositores latini ꝙ limen vnde dicunt h aque oriri ē limē porticus templi: sed textus seqns videt ꝺ̄dicere cū dr̄ e Aque aūt descen. in la. templi dextrū. hoc aūt eē ñ pōt si oriri dicant subter limen porticus templi: qz fluūt ad orientem vt dc̄m est: templū aūt est ad occidentē respectu porticꝰ Et iō dico cū hebreis ꝙ limē vnde dicunt egredi: est limē sanctisanctoꝝ. Unde infra dr̄ de istis aq̄s ꝙ egrediunt de sciario: qd̄ ꝑtie dr̄ de sanctosanctoꝝ: ⁊ inde transibant p templum declinando aliquātulū ad latus dextrū: ⁊ ide ad porticū templi: ⁊ postea ad atriū interius fluendo semp versus orientē inter altare holocausti ⁊ latus meridionale atrū: ⁊ iō subdit: f Ad meridiē alta. dr̄ āt h pars meridional⁹ dextera: qz fluxus istarū aquaꝝ est ab occidente in orientez: vt ꝑz ex dcis. Homo vō ꝓcedens ab occidente i orientē hz ptē meridionalē ad partē dexteram: vt ꝑz ad sensū. g Et cōuertit me. Hic ꝑñt describitur istarū aquaꝝ ꝓgressus. Circa qd̄ sciendū ꝙ expositores latini dicunt: ꝙ iste aq̄ añ suuz egressū de atrio interiori diuidunt in q̄ttuor riuulos: quoꝝ vnus vadit ad cōq̄nas porticuū australiū: alius ad coq̄nas porticuū aq̄lonariū: alū duo ad duo latera porticuū orientaliū: vbi simili⁹ ꝑm eos ponunt coq̄ne. Et isti quattuor riuuli post eoꝝ egressū de porta orientali exterioris muri reflectunt ⁊ ꝙeniunt in vnū. Sed hec diuisio videt ꝺ̄ria textui cū dicitur: Et ꝙuertit me ad viam foras portam exteriorez tē. qz seq̄tur: h Et ecce aq̄ redundantes. i. egredientes.

QUERTIT me .XLVII. portā dom⁹: ⁊t ecce aq̄ egrediebāt subtē limē domus ad orientē. Facies. n. domus respiciebat ad orientē. Aq̄e aūt descēdebāt in latus templi dextrū ād meridiē altaris. Et eduxit me p viā porte aq̄lonis: ⁊ ꝙertit me ad viā foras portam exteriorē: viā que respiciebat ad orientē. Et ecce aq̄ redūdātes ā latere dextro cū egrederet vir ad orientez q hēbat funiculū i mānu sua: ⁊t mēſus ē mille cubitos: ⁊ trāsduxit me p aquā vsqz ad talos. Rursūqz mensus ē mille: ⁊ transduxit me p aquam vsqz ad genua. Et mēnsus ē mille: ⁊ trāsduxit me p aquā vsqz ad renes. Et mensus ē mille torrentē quē nō potui ꝑtrāsire: qm̄ insumuerāt aque ꝓfūdi torrētis: q nō pōt trāsuadari. Et dixit ād me: Cērte vidisti fili hois. Et ⁊duxit me: ⁊ cōuertit ad ripā torrentis. Cūqz me ꝙertisſē: ecce i ripa torrentis ligna multa nimis ex vtraqz pte. Et ait ad me: Aq̄ istē q̄ egrediūt ad tumulos sablī oriental⁹: ⁊ dscē dūt ad plana deserti: itrāb̄ūt maꝝ ⁊ exibūt ⁊t sanabūt aq̄

i A latere dextro. ſ. porte orientalis exterioris muri. Si aūt eēt dicta diuisio aquaꝝ sic ipsi dicūt: ita egrederent a latere sinistro sic a dextro. Nā scōm eos egrediūt per quattuor loca: quoꝝ duo sūt ad dexteram porte: ⁊ duo ad sinistraz. Itē ponūt dictam diuisionē pp duplicē causā: vna ē vt aq̄ seruiāt coq̄nis porticuū: ⁊ hec ē nulla: nam coquine ñ sūt ibi ponē de: vt ostensū ē. s. Alia cā ē vt leuite lauēt ibi hostias: ⁊ hec similiter videt nulla: qz sic ꝑz ex textu seq̄nti aque iste ꝙtoplus ꝓtendunt vsus orientem sūt maiores. Et sic dr̄ in textu post egressū earuz ꝺ̄ muro exteriori mēsurant mille cubiti: ⁊ tamē ibi adhuc aq̄ est parua: ita ꝙ attingit solum vsqz ad talos seu caulas pedum ꝑz hebreoſ. Et oportet vlterius dicere ꝙ sint multo minores prope locum originis. ſ. i atrio interiori: si ibi diuidant in. iiij. partes: ⁊ sic nō apparet qualiter in illis possint hostie lauari. Item ista cā magis est ad oppositū: qz nō diuisa melꝰ deseruiret dicte lotiōi ꝙ diuisa: ꝓpter que dicta diuisio videt ficticia: maxie q̄a textus hoc nō dic̄: sed magis ꝺ̄rium: ⁊ ideo dico cuz hebreis ꝙ aque iste per vnū riuum ꝓcedunt de loco originis vsqz ad exitum de muro exteriori: ⁊ adhuc iste riuꝰ ꝑm hebreos est valde paruus. Nam vbi translatio nr̄a habet: Et ecce aque redundantes a latere dextro. in hebreo habetur: Et ecce aque phialantes tē. i. ita tenues sicut aqua exiens de ore phiale: vt exponunt hebrei.

k Et mensus est mille tē. describitur hic ꝓgressus aque ꝑm eius augmentationez: ⁊ patet ex dictis lr̄a vsqz ibi: l Et dixit ad me. ſ. angel⁹. m Certe vidisti. i. sicut vidisti: sic certitudinaliter fiet: secundū tamen sanum prophetie intellectum: de quo dicetur i fine.

n Et eduxit me. Hic consequēter describitur ornatus flumis ⁊ effectus: ⁊ primo tangitur ornatus cum dicitur: o Ecce in ripa torrentis ligna multa nimis. i. arbores fructifere ⁊ pulchre. Consequenter tangitur effectus cum dicitur: p Aque iste egrediuntur ad tumulos sabuli orientalis. i. ad iordanem: qui est in parte orientali terre sancte: ⁊ cursu suo trahit harenam: et sic facit tumulos sabuli in aluco suo per loca: in hebreo habetur: Ad terminum orientalem. ⁊ redit in eandem sententiam: nam iordanis fluuius est terminus orientalis terre promissionis. Qz. n. filij israel habuerūt possessionem vltra: hoc fuit per accidens: eo ꝙ habita tores illius terre noluerūt eis concedere transitum pacifice: sed mouerūt contra eos bellum: quibus deuictis filij israel iure belli possederunt terram eoꝝ. q Intrabūt mare. ſ. mortuū siue salis. r Et exibūt. nā iordanis fluuꝰ transit per illud mare: sicut iordanus per lacū losane. s Et sanabūt aque. a salsedie ⁊ amaritudie.

q Et oīs aīa viuens.i. oē animal

r Que serpit. serpere dicūt aialia q̄ mouētur sine pedib⁹: inter q̄ si pisces. s Quocunq; venerit torrens viuet. illō.n.māe dī mortuū: eo q̄ aīal nullū ibi viuit: vt dicit.ī.metheorō: ꝛ p aqs istas ibi descēdentes dlcorabit illō mare: ꝛ viuēt ibi pisces in magna multitudie. Et sic p̄z lr̄a vsq; ībi: t Ab engaddi vsq; ad engallū. duo sūt loca sup q̄ piscatores siccabāt retia sua. v In littoribus aūt eius. vbi crescūt canne.

Et ōmnis aīa viuens: quē serpit: quōcūq; venerit torrens: viuet: ꝛ erūt pisces ml̄ti satis: postq; venerit illuc aque iste. Et sanabuntur ꝛ viuent oīa: ad que venerit torrens: ꝛ stabūt super illa piscatores. Ab ēngaddi vsq; ad engallū siccatio sagenarū erit. Plurime speciēs erūt pisciū eius: sicut pisces maris magni multitudinis nimie. In littōribus aūt ei⁹ ēt in palustribus nōn sanabuntur: quia in salinas dabuntur. Et super torrentē orietur i ripis eius ex vtraq; parte omne lignū pomifer. Nō defluet foliū ex eo ꝛ nō deficiet fructus eius. Per singulos menses afferet primitiua: q̄ aq̄ eius de sanctuario egredientur. Et erunt fructus eius in cibū

x Et in palustrib⁹. vbi aq̄ egredientes ō ripis stāt p modū stagni. y Nō sanabūtur. a salsedie: ꝛ fōdit cā: z Quia i salinas dabunt. p ꝓdūcto ciboꝝ ꝛ pulmētorū. Cōsequēt resumit ornat⁹ flumis cū dicit Et sup torrētem rē. ꝛ patz lr̄a vsq; ibi:

ꝛ Per sin. mē. afferet ꝓmitiua. i. fructus sufficiēt maturos ad esū. ceta patēt. Et qm̄ ꝓpleta sūt oīa ad dispositiones tēpli ꝛ edificioꝝ ptinētia: hic ponēda ē figura rep̄sentās simul totū edificiū qō p partes ē supius figuratū ista tn̄ rep̄sentatio erit fm lineas fundamentales tantum.

a Hec dic dñs. Superius a principio quadragesimiquinta ca. inchoata fuit descriptio terre diuidēde: & descriptis qb'dam incidentibus interpositis: h scriptura reuertit ad describendū dcam diuisionē prius ichoatam. Et prio ponūt huius tre tmi: 2° modus diuidendi: ibi Et diuidetis. Prima in quattuor ptz q̄ttuor tmios huius tre. Et p° describit termin' aq'lonaris: 2° termin' occidentalis: ibi Pozro plaga occidentalis. 3° australis. ibi Plaga aūt australis. 4° occidental: ibi Et plaga maris. Circa partes istas q̄ttuor considerandū q ciuitates h nominate & loca nō semp attigūt fines termioz: sz sūt ppinque: sic si dicere tur q villa vnonēsis ē terminus normannie versus parisius: eo q inter ipsam & riuū di uidentē a frācia normānia nō est aliqs loc' notabilis nec spatiū magnum terre: sz q̄si dimidia leuca. Et pz hra paucē excepta: q̄ discurrent: b Oz ioseph duplicē funiculum hz. & hoc fuit ex ordinatione iacob q̄ adoptauit in filios manassen & ephraim filios ioseph geñ. xlv iij. vt eēnt capita duarum tribuū: & haberēt possessiones in tra ꝓmissionis sicut alie tribus. c Super quā leuaui manū meam. p modū iurādi. d Ut darē patribus vestris. qō patet de abraā geñ. xxij. Per memetipsū iurauit dic dñs &c.

& folia eius ad medicinam

e Hic ē aūt terminus tre ad plagam septētrionalem. i. determinantē latus aqlonare. f Et erit tminus a mari. i. incipiens a mari mediterraneo versus occidentē. g Usq ad atriū enon. i. ꝓcedens versus orientē vsq ad locum istum. h Terminus damasci. i. de termis hui' ciuitatis. Emath .n. & istud atriū sūt in ꝓximio damasci & sub ei' dominio: iō quasi p eadē termiatione accipiuntur. i Et ab aquilone vsq ad aqlonē. nō intelligit p hoc distensio versus aqlonē vltra terminū p̄dictū: sz termiatio lateris aqlonaris quod hz duos terminos: vt dcm ē: & vterq; notatur h aquilo.

Hec dic dñs deus: Hic est tmin': i quo possidebitis terram i duodecī trib' isrl: qā ioseph duplicē funiculum hz. Possidebitis āt eā singuli eque: vt frater su' sup̄ quā leuaui manū meaz: ut darē pribus vris. Et cadet tra hec vobis i possessiōez Hic ēst āt tmin' tre ad plagā septētriōalē a mari magno: via ethalon venienti' sedada emath berotha sabarī: q̄ ē inter terminum damasci & confiniū emath dom'thicon: q̄ ē iuxta tmi' nū auran: et erit terminus a mari ūsq ad atriū enō terminūs damasci: et ab aglone ad aqlonē tmin' emath: plaga septētrionalis. Oz ro plaga oriental' ō medio auran & ō medio damasci: et ō medio galaad et ō medio tre isrl: iordāis distermināt ad mare orientale: metiemi plagā orientalē. Plaga aūt australis meridiana a thamar vsq ad aquas cō tradictōis cades: et torrēs ūsq ad mare magnū: & hec ē plaga ad meridiē australē Et plaga maris: mare magnū a ꝓximio per directum donec venias emath: hec ē plaga maris. Et diuidetis terrā istam vobis p tribus isrl: & mittetis eā in hereditatē vobis et aduenis: q accesserint ad vos: qui genuerit filios i medio vestrū: et erūt vobis sicut indigene inter filios isrl. Vobiscū diuidēt possessionē in medio tribuū isrl. In tribu aūt q̄cūq; fuerit aduena: ibi dabitis possessionē: illi ait dominus deus. XLVIII.

Et hec noia tribuū ā finib' aqlōis iuxta viaz ethalō pgētib' emath atriū enon tmin' damasci ab aqlōe iux' viā emath: et erit ei plagā orientalis mare: dan vna. Et ā tmio dā á plaga

egypti: & ad mare mediterraneū termiatur. r Et plaga maris. s. occidental: nam mare mediterraneū claudit totū latus occidentale tre ꝓmissionis: & dī mare magnū respectu maris mortui: quod est q̄dam lacus: & q: ꝓiūgit oceano i termio occidentali terre hitabil'. s Donec veni. emath. ista emath ē alia a supra dca: q lōge ē a mari mediterraneo: ista vo iuxta mare: alit .n. nō terminaret latus occidentale illi' terre. t Et diuidetis. Hic ꝓnter describit modus diuidēdi & az dicto modo tmia tam: & p° q̄tuz ad extraneos: 2° q̄tū ad intraneos i pncipio se. ca. Circa primū dī: Et diuidetis terrā istā vobis. sequitur: v Et aduenis qui accesserit ad vos. de gentilitate ꝓuersus ad iudaismū. x Qui genu. fi. i me. ve. post suam cōuersionē: & sic ad eos ptinet hereditas patrum. y Et erūt vobis sic idigene. inē filios isrl babēdo hereditatem sicut ipsi.

z In tribu aūt quacunq; fuerit aduena. i. q̄cunq; tribus cōuerterit gentilē ad iudaismū dabit illi possessionē i sorte sua: vt sic nutriat eum in cultu vnius dei: sicut adduxit eū ad cultum diuinum. Cap. XLVIII.

a Et hec noia. Hic describit tre diuisio q̄tuz ad intraneos. Et diuidit i tres ptes: quo prio describuntur sortes septē tribuū: 2° sortes sacerdotū leuitaz ciuitatis & pncipis: ibi Et sup terminū iuda. 3° describunt sortes q̄nq; tribuū: ibi Et reliq; tribub'. Circa primū sciēduz q sic. s. dcm ē: sortes tribuū incipiūt a termio orientali toti' terre: & terminātur ad mare mediterraneū qō ē terminus occidētal'. Inter istos āt duos tmios accipit lōgitudo cuiuslibet sortis: & latitudo ab aqlone versus austrū ꝓcedēdo. Et p̄ma sors incipiēdo a pte aqlonari ē ipi' dan: scda aser: tcia neptalim: q̄rta manasse: q̄nta ephraim: sexta ruben: septia iude: fm modū supi' figuratū. xlv. c. & hoc ē qō dī: b A fini. aqlo. icipiendo latitudies sortiū. c Juxta viā ethalō pgē. emath &c. iste ciuitates sūt i tmio aqlonari toti' terre: vt pz ex p̄dcis. d Et erit ei plaga orientalis mare dan vna. i. sors dan fm suam longitudinē continebit iter orientalē tminū totius terre & mare mediterraneū qō ē terminus occidentalis terre. e Et a termio dan. i. iuxta terminū dā f A plaga orientali &c. i. ab orientali termino terre.

s Usq; ad plagā maris. i. usq; ad occidētalē eius terminū continebit lōgitudo sortis aser: ⁊ sic exponat lra de alijs sortibus. h Et super terminum iuda. Hic ꝓsequenter ꝺscribūtur quattuor portiones: ⁊ diuidit i quattuor partes scōm quattuor portiones que patebūt ꝓsequēdo. Notandum autez ꝙ consideratis his q̄ supra dcā sunt q̄drageſimoqnto .c. ⁊ ispecta figuā patēt ꝓ magna parte ea q̄ dicunt hic de istis quattuor portionibus. Primo igitur determinatur eorū spaciū cum dicit: h Et super terminuz iuda. idest iuxta sortem eius i A plaga orientali usq; ad plagam maris. idest a termino orientali usq; ad occidētalem: non tamē totius terre. sz trium portionū: scilicet sacerdotum leuitarum et ciuitatis. k Erūt primitie. quia in istis est templuz. l Quas separabitis. a portōnib⁹ alijs. m .Xxv. milib⁹ calamis latitudinis ⁊ longitudinis. Tres. n. portiones dicte simul iuncte faciūt spacium q̄dratuz equilaterum cui⁹ quodlibet latus ē vigitiquinq; miliuz calamorum. n Sicut singule partes tē. idest sicut portiōes tribuuz incipiūt ab orientē: ⁊ termināt in occidentem secundum longitudinem suam: ita ⁊ iste tres ab inuicem diuise: sed in hoc est differentia ꝙ sortes tribuum incipiunt a termino orientali totius terre: ⁊ in eius occidentalem terminum finiuntur. Iste vero tres portiones non sic nisi cū eis pōat portio ꝓncipis vsus orientē ⁊ occidentē: vt ꝓz i figura supi⁹ posita. xlv. c. Lōseq̄nter describit portionē sacerdotū dicēs: o Et erit sactuariū i medio ei⁹. i. tēplū i portōe sacerdotū: vt patz ex sequētib⁹. p Primitie q̄s sepabit dño. i. sacerdotibus ministris dñi. q Lōgitudo .xxv. milib⁹. s. calamis ab oriente i occidētē. r Et latitudo decē milib⁹. ab aq̄lone i austrū. Conseq̄nr describit q̄ttuor latera huius portionis sacerdotum dicens: s Ad aquilonem. i. latus aquilonare. t Longitudinis vigintiquinq; milia. quia mensurat longitudinē h⁹ portionis: ⁊ idem est de latere meridionali: qō ex opposito sibi mēsurat scōm lōgitudinē. Latus āt occidētale quod est versus mare: est tm̄. x. miliū calamorū: ⁊ sibi orientale: q̄ mēsurat ex opposito latitudinē h⁹ portionis: ⁊ sic ꝓz lra usq; ibi: v De filijs sadoch. q̄si diceret sacerdotes ministrātes in hoc scūario erunt iusti et mūdi ab idolatria. x Sed ⁊ leuite tē. hec ē scōa ps in qua describit portio leuitaz: q̄ filius est oio i lōgitudie ⁊ latitudine portioni sacerdotū: ⁊ sic ꝓz lra. y Quinq; milia. hic ꝓnter agit de portiōe ciuitatis cuius longitudo est. xxv. milium calamorum: ⁊ latitudo .v. milium: ⁊ hoc est quod dicitur:

y Quinq; milia autem que supersunt in latitudine. s. totⁱ spacij trium portionum dictaz: q̄ latitudo est xxv. miliū calamorz vt dcm ē. s. h⁹ āt latitudis portio sacerdotum capit. x. milia ⁊ portio leuitaruz. x. ⁊ sic ñ restant nisi q̄nq; milia q̄ faciunt latitudinē portōis ciuitatis. z Per. xxv. milia ꝓ pbana erūt vrbi tē. .i. v .milia latitudis dcā ptēsa. p. xxv. milia lōgitudis faciunt portionē ciuitatis q̄ diuidit i tres ptes. s. i ciuitatē ⁊ el⁹ suburbana ⁊ agros ꝓ fuietib⁹: vt ꝓz i figura. ē. xlv. ca. Qāt iste ptes dicunt h ꝓpbana: h⁹ ē large accipiēdo. s. ꝓpbanū ꝓ cōi vel laico: ḍa de putāt vsibus laicoz.

arium erit dc̄filijs sadoch: qui custodierūt ceremōias meas: ⁊ non errauerūt cuz errarēt filij israel: sicut errauerūt ⁊ leuite. Et erūt ꝑmitie de ꝑmitiuis terre sanctū sāctoz iuxta terminuz leui taz: Sed ⁊ leuitis similiter iuxta fines sacerdotuz vigitiqnq; milia longitudinis ⁊ latitudinis decem milia. Sil lōgitudo vigintiqnq; miliū: ⁊ latitudo decem milium. Et non venūdabunt ex eo neq; mutabūt: neq; trāsferēt ꝑmitie terre: q⁹ sanctificate sūt dño. Quinq; milia āt: que supsūt i latitudie pēr vigitiqnq; milia ꝓpbana erūt urbis i bitaculū ⁊ i suburbana. Et erit ciuitas i medio eius: ēt be mēsure eius: Ad plagam septēttrionalem quingenta ⁊ q̄ttuor milia: ⁊ ad plagā meridianā quingenta ⁊ quattuor milia: ⁊ ad plagā orientalez qngēta ⁊ quattuor milia: ⁊ ad plagā occidētalē qngēta ⁊ q̄ttuor milia. Erūt āt suburbana ciuitatis: ād aq̄lonē ducēta qnq̄gita: ⁊ ad meridiē ducēta quinquagita: ⁊ ad orientē ducenta qnq̄gita: ⁊ ad mare ducēta qnquaginta. Quod āt rliquū

Lōseq̄nr describit mēsura istaz triū partiū: ⁊ ꝓmo ciuitatis cū dr: a Et be mēsure tē. vbi describit hec ciuitas in q̄dro equilatero: cuius qlibet lat⁹ cōtinet q̄ttuor milia calamoz: ⁊ qngentos: ⁊ sūt q̄ttuor latia ꝑ q̄ttuor ptes orbis: et ꝓz lra. Lōsequēr describūt suburbana cū dr: b Erūt aūt suburbana ciuitatis. ⁊ sic dicit Ra. sa. suburbana dicūt loca i circuitu ciuitatis: in qb⁹ nō pnt dom⁹ edificari: nec cultura fieri vineaz vel segetū ⁊ h⁹ i: sz sūt ad recreationē ciuiū: q̄z latitudo iuxta murū ciuitatis describit cū dr: c Ad aq̄lonez ducēta qnq̄gita. s. calami ⁊ silr ad alias tres ptes: ⁊ ꝓz Lōseq̄nr describit portio seruiētiū ciuitati: cū dr: d Q.ō āt reliquū fuerit in longitudie. ciuitatis portionis scōz suā totalitatē: ⁊ dicit in longitudine: q⁹ ciuitas cū suis suburba

nis occupat. v. milia calamos i q̃dz: vt pz ex predictis: sed sic de latitudine totius portois nihil remanet versus aquilonē z versus austrū: sed de longitudie eius versus orietē remanēt. x. milia calamorz: z tātū vsus occidentē: de quibus subdit: e Et erunt fruges eius. q colebāt: f In pānes .i. p pānibus faciēdis:

g His q̃ seruiūt ci uitati. Dicit hic glo. hebraica: q̃ isti sunt gabaonite: q̃s iosue ō putauit ad seruitium cōitatis: iosue. ix. Sz hoc nō est vez q̃a iosue nō deputauit eos nisi ad seruiendum ō aqs z lignis i domo dñi: vt pz ibidē. Ciuitas āt hic describit sepata a tēplo per totā portionē leuitarz: cuius latitudo ē. x. milium calamorz: z iterū p magnā ptē latitudinis portōnis sacerdotū: vt pz ex predictis. Itē de istis seruiētibz statis sbdit: h Seruiētes āt ciuitati opabūt. in diuersis officiis: ciuitatē custodiendo: malefactores pūiendo: z pacē inter ciues conseruādo: z huiusmodi. i Ex oibus tribubus isrl. i. hoies ad hoc apti assumēt ex oibz tribubus isrl indifferēter: z sine acceptōe: de q̃bz tribubz nō sūt gabaonite. k Oēs p̄mitie z̄c. recapitulatio ē mēsure spacij p̄tinētis portionē sacerdotū: leuitarz: z ciuitatī q̃ ē. xxv. miliū calamorz in q̃dz. l Q.ó āt. Dic q̃ter ōscribit portio p̄ncipis: cui latitudo ē. xxv. miliuz calamorz: sic z spaciū triū portionū predcārz. Lōgitudo vo eī a latere orientali trium portionum predictarum usq; ad terminuz orientalem totius terre supra determinate: z siliter a latere occidentali earūdem vsq; ad terminum occidentalem eiusdez terre: z hoc est quod dicitur: l Quod autem reliquū fuerit p̄ncipis erit ex omni pte. in hebreo hī: Hinc z inde. q̃a in parte orientali z occidentali tantum respectu trium portionum predictarum est portio p̄ncipis: ideo subditur:

m Primitiarum sanctuarij. in istis primitijs intelligitur portio sacerdotum z etiam leuitarum: z similiter ciuitatis ideo sbditur: n Et possessiōis ciuitatis e regiōe. xxv. miliū primitiarum. tres enim portiones predicte lateraliter iuncte faciunt. xxv. milia calamoz per quadruz: vt supra dictum est. o Usq; ad terminum orientalez. ideſt a latere orientali dictarum primitiarum usq; ad terminum orietalem totī terre est supple: portio p̄ncipis. p Sz z a mari e regione. xxv. milium. ideſt a latere occidentali dictaruz primitiarum quod vocatur hic mare eo q̃ est versus mare mediterraneum. q Usq; ad terminum maris. ideſt usq; ad littus maris totā irāz terminātis. r Similiter in partibus p̄ncipis erit. ideſt de possessiōe eī. s Et erūt primitie sanctuarij z sanctuarium templi in medio eius. i. possessionis p̄ncipis: nam ab oriente et occidente includit

fuerit in lōgitudie scōm primitias scūarij decē milia i orietem: z decē milia in occidētē erunt: sicut p̄mitie sāctuarij: ēt erūt fruges eius in pānes: his q̃ seruiūt ciuitati. Seruientes āt ciuitati opabūt ex oibus tribubz israel. Omnes p̄mitie vigintiqnq; miliū p uigiti qnq; milia i quadrū sepabūt i primitias scūarij z i possessionē ciuitatis. Quod aūt reliquū fuerit: p̄ncipis erit ex oi pte p̄mitiarz sāctuarij ēt possessionis ciuitatis e regione: vigintiqnq; miliuz p̄mitiarz: ūsq; ad terminum orietalē: sed z a mari e regione vigintiqnq; miliuz ūsq; ad terminū maris siliter in partibus p̄ncipis erit. Et erūt p̄mitie sanctuarij z sāctuariū templi i medio eius.

De possessione āt leuitarz ēt de possessiōe ciuitatis i medio ptiū p̄ncipis: erit in terminū iuda: ēt i terminuz beniamin: ēt ad p̄ncipē pti nebit. Et rēliquis tribubus erūt tales portiōes: A plaga orietali usq; ad plagaz occidētalē: beniamin vna: Et ō terminū beniamin a plaga orietali usq; ad plagam occidentalez symeon vna: Et sup̄ terminuz symeonis a plaga orietali usq; ad plagā occidētalez isachar vna: Et sup terminum isachar a plaga orientali usq; ad plagā occidentalē çabulon vna: Et super terminū çabulō a plaga orientali vsq; ad plagā marī gad vna: Et sup̄ terminuz gad ad plagā austri i meridiē: ēt erit finis de thamar ūsq; ad aq̃s

dictas primitias: vt dictuz ē. Consequenter ostenditur quid sit a latere australi z aquilonari: cum dicitur:

t De possessione autem leuitarum z̄c. Hec prepositō de vno modo tenetur materialiter: z sic exponit hugo cardinalis vt sit sensus: Illud quod pertinet ad possessionem leuitarū: sub quo nomine intelligunt sacerdotes hic: eo q̃ si de tribu leui.

v Et de possessione ciuitatis. i. illud quod ptinet ad possessionē ciuitatis. x In medio partiū p̄ncipis. supple existens. naz vna ps p̄ncipis icludit p dicta ab oriente: altera ab occidente. y Erit iter terminū iuda. ab aquilone. z Et inter terminū beniami. ab austro z sic littera ista loquitur de limitatōne portionis sacerdotum: leuitarum: z ciuitatis a parte aquilonari z australi. Sz hec expositio videtur esse p̄traria littere imediate p̄cedenti: que loq̃t de limitatiōe portionis p̄ncipis: similiter littere imediate sequenti: cū dicit: a Et ad p̄ncipem pertinebit. q̃ ipse exponit extorte sic. i. ad portionē attinget p̄ncipis: nā ad ipam terminatur ab oriente z occidente. Itē hec expositio non est solum extorta sed etiā falsa: nā vbi translatio nra hz: Et ad p̄ncipē pertinebit. in hebreo hī: Et p̄ncipis erit. Ex quo patet manifeste q̃ loquitur de p̄ncipis portione. Dicendū igitur q̃ hec prepositio de aliq̃n tenet localr imminatue: vt cū dī: talis recessit de parisius: li de: signat terminū a q̃ recessit: z sic tenet h cū dī: De possessiōe leuitarz z̄c. i. de termio istarz possessionū ab orietē z occidēte: p cedit possessio p̄ncipis: vsq; ad imminū orietalē z occidētalē totī ītre: z imminat ad sortē iuda ex pte aq̃lōis: z ad sortē beniami ex pte austri: z eodē mō terminātur tres portiones p̄dicte: vt pz in figura: sed scriptura loquitur hic ō possessiōe p̄ncipis. b Et reliqs tribub. Hic cōsequnt describūt sortes. v. tribuū exñtes a pte australi terre: ita q̃ sors beniami scōz suā lōgitudiez situat iuxta portōes p̄ncipis z ciuitatī: z p̄ñi alie ōttuor p̄cedendo vsus austrz: z sors gad ē i fine australi totius tre: sic describit i figura. s. posita. xlv. c. q̃ diligēt inspecta pz lra pauciſ exceptis. c Et ō terminū beniami. i. iuxta sortē eius. d Et super terminū symeonis. i. iuxta sortē eius.

e Et erit finis. i. imin' sortis gad: z p̄ ps imminus australis totius terre. f De thamar. nomen ē ciuitatis exñt in termino australi tre iter terminos terre orientalē z occidētalē: ió sbdit: g Usq; ad aq̃s p̄tradictōis

chades: de quib⁹ aquis hī Nume. xx. ⁊ sūt vsus orientez. h Hereditas contra mare magnū. i. sors gad ptendit vsq; occidētē: vsq; ad mare mediterraneuz: qđ dī h mare magnuz respectu mar' mortui. Cōsequēt ponitur recapitulatio breuis dēe diuisiōis cū dicitur: Hec ē ira nē. ⁊ patet.

i Et hi egressus Hec ē vltima ps i q̄ describitur ciuitas edificanda in quadro eq̄latero: cuius latia sī dispōsita vsus quattuor portadictiōis cades: hereditas contra mare magnuz. Hec est terra quam mittetis in sortem tribubus israel: ⁊ he partitiones earum ait dominus deus: Et hi egressus ciuitatis. A plaga septētrionali quingentos ⁊ quattuor milia mensurab: ⁊ porte ciuitatis omnibus tribubus israel. Porte tres a septentrione. Porta ruben vna: porta iuda vna: porta leui vna. Et ad plagam orientalem quingētos ⁊ quattuor milia: ⁊ porte tres. Porta ioseph vna: pōta bēiamī vna: porta dā vna: Et ad plagam meridianam quingentos ⁊ quattuor milia metieris: ⁊ porte tres: Porta symeonis vna: porta isachar vna: porta çabulon vna: Et ad plagam occidentalem qngentos ⁊ q̄tuor milia: ⁊ porte tres: Porta gad vna: pōta aser vna: porta neptali vna p circuittum decez ⁊ octo milia. Et nōmē ciuitat' ex illa die dōmin' ibidē: āmē.

Explicit eçechiel ꝑpha

